ORATOR EXTEMPORANEUS
SEU
ARTIS ORATORIÆ
Breviarium bipartitum,
CUJUS
Prior pars præcepta continet generalia,
Posterior praxin ostendit in triplici dicendi genere præsertim Demonstrativo
Nec non supellectilem Oratoria, Sententias, Historias, Apophtegmata Hieroglyphica suppeditas.

AUCTORE
R. P. MICHAELE RADAU S. J.
S. Theologiæ Doctore ejusdemque
Professore.

x.a. 2.26.

LONDINI,
Excudebat R. D. Impensis JOHANNIS
BAKER, 1657.

Ad
LECTOREM.

ORatorem *tibi sisto, Lector benevole, eumque extemporaneum, ut quacunque libuerit occasione hoc utaris prologo; non enim ubivis meditationi tempus conceditur, nec te Athonæ* Phocionis *instar, in theatris semper effusæ præstolabuntur cogitabundum, & meditantem quæ dicas: nonnunquam imparatus palæstram hanc ingredi contingit, & ex improviso verba facienda, imo sub ipsis nata labris non raro effutienda. Quapropter ne subitaneus confundaris manuductorem offero; quem si benigne acceperis, vam qua progredi possis tutius scrutabitur, & ad rectam semiam ducet. Si juvenis es & procus, pronubi subibit munus, ut commissa sibi fidenter exequatur: si parentare amico, aut in obitu cujusdam dolere (fato sic volente) eveniat, præfica ad instar, nanias modulabitur: si victor & triumphator, triumphos & panegyres adornabit; ac quocunque loco aut tempore perorandum, fidelis ubique lateri tuo adhærebit satelles.*

Hinc permotus, opusculum nostrum divulgavimus, in compendium colligere tentavimus, & solitorum ab aliis tradi præceptorum- Iliadem, nuce quod dicitur, occludere. Semper enim utilius posse stituros operam existimavi præceptores, si scriptam breviter artem praxi & exercitio curarent altius discipulis instillare, quam si vacuis relictis animis chartas liberaliter impleant, quas mox studiorum pertæsi, ad piper, vel, si honestior subeat impetus, ad sclopetam condemnant. Non scriptio igitur prolixa, sed stylus & usus dicendi magistri nobis erunt: & sicut loquendo loqui didicimus, itr frequenter inveniendo invenire, disponendo disponere, eloquendo eloqui, perorando oratores fieri perdiscemus. Nostro itaque labore, Lector honorande, fruere fœliciter, & si nihil invenias quod probes, conatum saltem ne improba. Vale.

PARTITIO OPERIS.

BREVIARIUM noſtrum in duas partes diſtribuemus. In *Prima Parte* docebimus generaliter *Invenire, Diſponere, Eloqui*: In *Secunda Parte* ad tria dicendi genera, *Demonſtrativum, Deliberativum, Iudiciale*, eaſque Orationes quæ ad hæc genera pertinent, deſcendemus. Et verendum licet ne in Secunda hac Parte moram nobis ubertas materiæ, PRAXIUMQUE ſcribendarum voluntas injiciat, brevitati tamen ſtudebimus quoad fieri poterit.

PARS PRIMA.

De Inventione, Diſpoſitione & Elocutione.

TRia Eloquentiæ Candidato difficilia obveniunt. *Primo*, ut habeat quod dicat; & hoc docet INVENTIO: *ſecundo*, ut ſciat quo ordine dicat; & hoc docet DISPOSITIO: *tertio*, ut ornate ac venuſtè dicat; & hoc docet ELOCUTIO. Diſtincte ergo de his tribus præcipiemus, diſtinctis Capitibus. Nam de MEMORIA & PRONUNCIATIONE, utpote iis, quæ à natura melius, & uſu habemus, aut nihil, aut aliquid breviter.

Eloquentiæ ſtudioſo tria potiſſimum difficilia.

CAPUT I.
DE INVENTIONE.

Inventio.

UT clarius procedamus de *Inventione*, quæstiones aliquot movebimus.

QUÆSTIO PRIMA.
Quid scripturus Orationem invenire debeat.

Invenire quid.

RESP. I. Ante omnia, scopum Orationi invenire debet ad quem in omnibus collimet; hoc est, debet certam propositionem sibi præfigere & excogitare, ad quam omnia dirigat: alias cæcis oculis natanti similis erit, qui brachiorum plausu multum fatigatur & parum proficit; a quod littus quo debeat tendere non videat.

Quæ materia eligenda.

Ex materiis vero occurrentibus ea semper elegenda est, quæ apta est tempori, utilis, selecta quæ non sterilis, non difficilis, ab Auditorum captu non aliena.

In Demonstrativo genere.

In genere *Exornativo* invenienda materia gravis, magnifica, plausibilis. Quare cum *Virgilius* Culicem, *Catullus* Passerem, Psittacum *Statii* *Majoragius* Lutum, Ovum *Puteanus*, Ebrietatem alius, alius Pediculum & Pulicem, Scabiem quartanam Febrim alter laudavit; exercitii gratia & ingenii factum arbitrare. Cæterum si quis talia serio ageret, apud prudentes risum & puerilitatis notam incurreret.

In Deliberativo & Iudiciali.

In *Deliberativo* & *Iudiciali* talis quæstio adhibienda est, qualem necessitas requirit, & Auditorum capacitas exigit.

Inventio unde proveniat.

Inventio porro provenit, pulchra quidem ingeniosa natura, ea tamen quæ eruditione non careat: Nam *Eruditio* parens est & nutrix inventionis

tionis. Quapropter si facile & pulchre invenire vis, scito Historias gentium, Consuetudines, Fabulas, Apologos, Sententias, Hieroglyphica, Apophthegmata; nam ex his non difficulter aliquid quod in rem tuam erit eruere poteris.

Observa vero, Oratores & Historicos maxime hisce temporibus laborare ut *acutam* inveniant *Propositionem*. *Acutam* vero *Propositionem* vocant illam, quæ sub *Allegoria* infertur: quippe sensus simplex est, & antiqua veritas, sed nova veste incingitur, hoc est, sub Allegoria simplicitas tegitur; quam, è verbis contextam, vestem si detraxeris, nudam, apertam & simplicem cognosces. Exempli caussa; Istius Propositionis Allegoricæ, *Castra vobis metabor, Auditores*, sensus simplex est, *Bellum vobis suadebo*. Et illius, *Togam laceratam hodie consuam Audit*: veritas nuda est, *Pacem vobis post bellum suadebo*. Tales propositiones argui non possunt; sed cavendum ne affectatæ sint, leves, & scurriles, vel nugatorio nixæ fundamento, Gravitas siquidem Oratorem decet. Illi tamen, qui primum discere incipiunt, assuescant simplices & apertas invenire propositiones, argumentaque facilia & clara conquirant; sic enim brevi proficient, & ad propositum loqui discent. Hoc ubi didicerint, facile pro suo quisque ingenio assurget.

Oratores moderni acuta gaudent Inventione. vid. quæst. seq. septimam scil.

Argumenta inveniēda post propositionē inventā quibus hæc ipsa suffulciatur.

Resp. II. Ubi propositionem invenerit, debet argumenta invenire quibus propositionem stabilire possit, ut apud Audit: sibi fidem faciat. Est autem Argumentum, probabile Inventum ad faciendam fidem; hoc est, Est Caussa, qua Orator suam propositionem veram esse suadet.

Dixi, probabile Inventum, quia duplicia sunt Argumenta; alia certa, evidentia, necessaria, quæ prorsus convincunt: Ut, *Petrus non est bestia, quia*

Argumenta duplicia,

est rationalis. Alia sunt probabilia seu persuasibilia; suntque argumenta popularia, habentia speciem veri, hoc est, quæ videntur esse vera propter hominum opinionem, vel propter similitudinem quam habent cum veritate, vel propter eventum. Et talia præcipue Orator conquirere debet, non quod necessariis demonstrationibus uti non possit; sed quia plerumque populares propositiones facit, quæ carent demonstrationibus: vel quia cum populo agit, qui facilius movetur iis, quæ ingenio & consuetudini sunt magis accommodata sunt, quam demonstrationibus, quæ difficulter à rudioribus intelliguntur.

Orator argumenta popularia adhibeat.

Porro Argumenta in *Locis* quærenda sunt; *Loci* enim sunt domicilia & palatia eorum: & hi quidem duplices, *Intrinseci* & *Extrinseci*. *Intrinseci* vocantur, quod in re proposita lateant: *Extrinseci* vero, seu *assumti* dicuntur, quod extra rem sint & ab extra assumantur. Sunt hi, præjudicia, judicia, testes, leges, tormenta, tabulæ, authoritas, exempla, hieroglyphica, apophthegmata, fabulæ, mores gentium, antiquitates, &c. De *Intrinsecis*, utpote rerum fontibus, hic breviter agendum.

Argumenta in Locis quærenda. Loci dup.

Quæstio II.

Quomodo argumenta in Definitione sint invenienda.

Argumenta in definitione. Modi aliquot inveniendi argumenta in definitione.

Resp. Definitio est oratio explicans quid res sit. Apud *Dialecticos* constat communiter *genere* & *differentia*: seu *uno nomine generali, quod definiendæ & multis aliis est commune*; & alio nomine quod *huic solum rei convenit*, quæ definitur. v. g. *Homo est animal rationis particeps.* Q

tores rariſſime utuntur tali definitione, quia parvam porrigit copiam; ſed alios habent modos res explicandi, quorum aliquos enumero.

Primus eſt, per partes rem deſcribere; quod fuſe fit & ornate: ſed deſcriptio potius quam definitio dicenda eſt. Exemplum dat Cauſinus, *in Eloquentia ſacrâ & profanâ*, *Papilionem* ſic deſcribens: *Papilio animalculum eſt, ut in urbibus rarum, ſic in agris frequens: corpus illi plenum, tenerum, molle, flexile, paulatim in exiguam longitudinem gracileſcens, cui ſuperſparſus teneræ lanuginis decor efloreſcit: exſtant veluti porrecta minutiſſimis filis cornua, quæ inter micantium oculorum jucundus fulgor irradiat. ſed præcipuum in pennis miraculum, quippe ſupra tenuis corpuſculi modulum gemmant floribus, nitent purpura, auro micant, ſtellis radiant: his, veluti remigiis, libratus in aërem volitat ludibundus, & ad ſingulas pene ſtirpes adhæreſcens, modo delicatiſſima proboſcide foliorum ſuccos pabulatur, modo molliter quieſcit inter odorum delicias, modo redintegrato volatu ſuperbius emicat, & inſultantium puerorum manus, ſexcentos in aërem Mæandros pingens, eludit.*

Primus, Per partes. Papilionis deſcriptio elegantiſſima.

Secundus eſt per effecta, quæ à quatuor cauſſis profluunt. Et hic modus fuſus eſt: cavendum tantum, ne leves effectuum minutiæ conglobentur. Sic *Ebrietatem* deſcripſit D. *Ambroſius*: *Ebrietas eſt incentivum inſaniæ, fomentum libidinis, venenum ſapientiæ. Hæc ſenſus hominum mutat & formas: per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes, &c.*

Secundus, Per effecta. Ebrietatis deſcriptio.

Tertius eſt per ſimilitudinem; non ita uti communiter ſimilia tractare ſolemus per particulas, *ſicut, quemadmodum*, &c. ſed his omiſſis, ſimpliciter affirmando ſine comparatione. verbi gratia; *Quid eſt vita noſtra? eſt forum in quo venditur & emitur,*

Tertius, Per ſimilitudinem. Vita.

emitur, in quo alter fallit alterum, & singuli in rem suam attentissimi sunt, & nemo non suæ crumenæ invigilat. Est fabula, in qua suam quisque peragit personam, hic Regis, ille Rustici, &c.

Quartus, Per Synonymiam. Lilium.

Quartus est, per Synonymiam res explicare. Exempli caussa; *Quid est aliud Lilium quam terræ ornamentum, plantarum gloria, oculus florum, pratorum gemma, agrorum sidus: quod sic terram exornat, ut Cœlum Stellæ; ita floribus addit lumen, ut Iaspis auro; sic oculos exhilarat, ut Sol universum.*

Sciolus quidam.

Et apud Causinum *in Eloq. sac. & prof.* Sciolus quidam se floride describens contra Ciceronem, sic effert: *Ego sum Oratorum Luscioniola, Elegiacorum Olor, Epigrammatistarum Psittacus, Lyricorum Graculus, Comicorum Pavo, Tragœdorum Struthio: deinde me cum isto Arpinate comparate, adamantem cum vitro, gausape cum holoserico comparabitis.*

Quintus, Per caussas. Ædificium Dædali manu exstructum.

Quintus est per *Caussas* à quibus fluunt *Effecta* quales sunt, *Materia, Forma, Efficiens, Finis.* verbi gratia; *Dædali manu exstructum ædificium est, de vivo & secto lapide, forma orbiculari: cœli injuria non propulsat solum, sed exonerandi curis animum & oblectandi gratiam continet maximam: Cœlum prope terrestre diceres, ita venustate non abludit.*

Sextus, Per negationem.

Sextus est per negationem; quando prius ostenditur quid res non sit, deinde dicitur qui sit, Sic Bauhusius *Lib.* 3. *Epigram.* Amicum describit:

Amicus.

Non nuda vox Amicus est, non cassa nux,
Non amabilis risus, non blandi nictus,
Non ocelli ludii, &c.
Cernitur Amicus Amore,
more, ore & re.

* Septimus, per adjuncta & proprietat. Christus Dominus.

* *Septimus*, per adjuncta & proprietates. Sic Christus Dominus definitur, *Assertor humanæ libe-*

libertatis, sanctitatis Magister, absolutæ perfectionis Præceptor, Fons perennis virtutum omnium. Sic Salomon à *Vernulæo* describitur, *Magnum illud sapientiæ humanæ miraculum & oraculum Salomon, cœli discipulus, orbis universi Magister.* Salomon.

Sic, *ab eodem*, Homerus: *Ingeniorum Phœnix, scientiarumque fons, Homerus, & humanæ terminus admirationis; quem antiquitas veneranda, ore patulo vomentem ita repræsentavit, ut defluentes ab ejus ore liquores & flores, in amphoris & canistris colligerent Philosophi, Iurisconsulti, Oratores, Astrologi, Poëtæ, Pictores.* Homerus.

Octavus, per contentionem ironicam, quando res secundum quorundam opinionem definitur prius ironice, deinde remoto joco graviter ex propria mente explicatur. Octavus, Per contentionem ironicã.

Hic locus definitionis Oratori non ad probandum solum utilissimus est, sed etiam ad amplificandum venustissimus. Sed quia ingenia nostra non semper apta sunt ad inveniendum, juvet interdum ex probati Authoris loco occasionem sumere. Quis enim nesciat, quantum orationis fundendæ campum aperiat una interdum pulchra *Metaphora* vel *Allegoria* apud Authorem lecta? Itaque definitiones selectas aliquarum rerum hic subjungam, quibus provocatus, in aliis materiis, simile quid attentabit diligens exercitator. Qui Oratori utilissimus.

Definitiones, aut, si mavis, Descriptiones variæ.

Homo est fortunæ lusus, inconstantiæ imago, corruptionis speculum, temporis spolium, mortis mancipium, versatile sepulchrum, fragile simulacrum, tenuis umbra, umbræ somnium, spirans cadaver, viva mors, pila qua ludit Deus. Plautus, Aristot. Trismeg. Homo.

emitur, in quo alter fallit alterum, & singuli in rem suam attentissimi sunt, & nemo non suæ crumenæ invigilat. Est fabula, in qua suam quisque peragit personam, hic Regis, ille Rustici, &c.

Quartus, Per Synonymiam. Lilium.

Quartus est, per Synonymiam res explicare. Exempli caussa; *Quid est aliud Lilium quam terræ ornamentum, plantarum gloria, oculus florum, pratorum gemma, agrorum sidus: quod sic terram exornat, ut Cœlum Stellæ; ita floribus addit lumen, ut Iaspis auro; sic oculos exhilarat, ut Sol universum.*

Sciolus quidam.

Et apud Causinum *in Eloq. sac. & prof.* Sciolus quidam se floride describens contra Ciceronem, sic effert: *Ego sum Oratorum Lusciniola, Elegiacorum Olor, Epigrammatistarum Psittacus, Lyricorum Graculus, Comicorum Pavo, Tragœdorum Struthio: deinde mecum isto Arpinate comparate, adamantem cum vitro, gausape cum holoserico comparabitis.*

Quintus, Per causssas. Ædificium Dædali manu exstructum.

Quintus est per *Causssas* à quibus fluunt *Effecta* quales sunt, *Materia, Forma, Efficiens, Finis.* verbi gratia; *Dædali manu exstructum ædificium est, de vivo & secto lapide, forma orbiculari: cœli injuria non propulsat solum, sed exonerandi curis animum & oblectandi gratiam continet maximam: Cœlum prope terrestre diceres, ita venustate non abludit.*

Sextus, Per negationem. Amicus.

Sextus est per negationem; quando prius ostenditur quid res non sit, deinde dicitur quid sit, Sic Bauhusius *Lib.* 3. *Epigram.* Amicum describit:

Non nuda vox Amicus est, non cassa nux,
Non amabilis risus, non blandi nictus,
Non ocelli ludii, &c.
Cernitur Amicus Amore,
more, ore & re.

* Septimus, per adjuncta & proprietates. Christus Dominus.

* *Septimus*, per adjuncta & proprietates. Christus Dominus definitur, *Assertor huma-*

libe-

libertatis, sanctitatis Magister, absolutæ perfectionis Præceptor, Fons perennis virtutum omnium. Sic Salomon à *Vernulæo* describitur, *Magnum illud sapientiæ humanæ miraculum & oraculum Salomon, cæli discipulus, orbis universi Magister.* Salomon.

Sic, *ab eodem*, Homerus: *Ingeniorum Phœnix, scientiarumque fons, Homerus, & humanæ terminus admirationis; quem antiquitas veneranda, ore patulo vomentem ita repræsentavit, ut defluentes ab ejus ore liquores & flores, in amphoris & canistris colligerent Philosophi, Iurisconsulti, Oratores, Astrologi, Poëtæ, Pictores.* Homerus.

Octavus, per contentionem ironicam, quando res secundum quorundam opinionem definitur prius ironice, deinde remoto joco graviter ex propria mente explicatur. Octavus, Per contentionem ironicã.

Hic locus definitionis Oratori non ad probandum solum utilissimus est, sed etiam ad amplificandum venustissimus. Sed quia ingenia nostra non semper apta sunt ad inveniendum, juvet interdum ex probati Authoris loco occasionem sumere. Quis enim nescíat, quantum orationis fundendæ campum aperiat una interdum pulchra *Metaphora* vel *Allegoria* apud Authorem lecta? Itaque definitiones selectas aliquarum rerum hic subjungam, quibus provocatus, in aliis materiis, simile quid attentabit diligens exercitator. Qui Oratori utilissimus.

Definitiones, aut, si mavis, Descriptiones variæ.

Homo est fortunæ lusus, inconstantiæ imago, corruptionis speculum, temporis spolium, mortis mancipium, versatile sepulchrum, fragile simulacrum, tenuis umbra, umbræ somnium, spirans cadaver, viva mors, pila qua ludit Deus. Plautus, Aristot. Trismeg. Homo.

Thrasybulus. Thrasybulus multis victoriis & triumphis inclytus, in magnam apud hostes invidiam incidit: captus ab iisdem cute exutus est & abjectus. Amici quæsiverunt occisum, & exsangue corpus agnoscentes, ita hominem cum lamentis descripserunt: *Quid est Homo, nisi ampulla Sanguinis, consecrata Religioni, Patriæ, Veritati?* Trism.

Hominis definitiones variæ. *Homo est magnum miraculum.* Trismegist.

Homo est Deus mortalis. Pythag.

Plato *Hominem divinum genus appellavit.*

Plotinus *Hominem universum quoddam nominavit.*

Hominem universam creaturam vocavit Gregor. Pont.

Virtus. *Agesilaus quæsitus quid esset Virtus? respondit: Dictu optimum, & factu honestißimum.* Brusonius.

NB. Scientiæ definiunt hominem. Fingunt Poetæ, convocatas olim ex præscripto Minervæ Scientias, & jussas hominem definire, sic cœpisse: DIALECTICA; *Homo est breve Enthymema; pro antecedente habet ortum, pro consequente interitum.* ASTROLOGIA *sic; Homo est quasi Luna mutabilis, quia nunquam in eodem statu permanet, sed semper ad corruptionem tendit.* PHYSICA *ita; Homo est animal rationale mortale.* MATHEMATICA *sic; Homo est veluti Figura sphærica, ab eodem quo incipit puncto in idem terminatur*: Sic Homo de terra initium sumens, in terram tandem redigitur, atque adeo de cinere in cinerem. RHETORICA *hoc; Homo est Oratio, cujus Exordium est nasci, Narratio dolere, Epilogus mori: Orationis hujus figuræ sunt gemitus & fletus, vel gaudium fletu deterius.*

Astrologia. Physica. Mathematica. Rhetorica.

Sapor. Perfarum Rex Sapor in Epistola ad Constantinum sic se descripsit: *Rex Regum Sapor, particeps*

ceps siderum, frater Solis & Lunæ, Constantino fratri Salutem. Marcellin. l. 7.

Soldanus in literis ita: *Salamander omnipotens ante Carthaginem, Dominus Iordanis, Dominus Orientis, Dominus Bethlehem, Dominus Paradisi, Præfectus Inferni, maximus Imperator Constantinopoleos, Dominus aridæ ficus, Dominus qua Sol & Luna meant, Protector primi Ioannis Sacerdotis, Imperator, Rex Regum, Dominus Christianorum, Iudæorum, Turcarum, Amicus Deorum.* Drexel. in Prodromo æternitat. Soldanus.

Quidam Poloniam sic descripsit: *Clarum Regnum Polonorum, est Cœlum Nobilivorum, Paradisus Iudæorum, Purgatorium plebejorum, & infernus rusticorum, aurifodina advenarum, causa luxus fœminarum; multis quidem dives lanis, semper tamen egens pannis; & copiam lini serit, sed externam telam quærit: merces externas diligit, domi paratas negligit; caro emptis gloriatur, empta parvo adspernatur.* Polonia.

Mundus est choreus constans ex longa & brevi; longa nimirum fatigatione, & brevi mercede. Binet. in Schol. ægror. Mundus

Princeps est assecla Deorum. Herodian. lib. 1. *Iovis administer, Caput omnium, & Musicus peritus.* Plutarch. Princeps.

Pater & pastor populi; Lex viva. Xenophon.

Pictor Reipublicæ. Cicero.

Subditorum tutor. Plato.

Princeps est Medicus Patriæ. Seneca.

Rex in Regno est sicut pluvia in terra, quæ est Cœli benedictio, terræ vita, viventium juvamen. Arist. in Epist. ad Alex. M. Rex.

Alius quispiam; *Rex est ignis, ad quem nec prope nimis accedendum, nec longe nimis recedendum: Nam si prope accedas, adureris; si longe recedas, non calefis.*

Panis. Quidam in Nomenclatura politica panem ita: *Panis est omnibus omnia.*

Christiernus vero Rex Daniæ; *Panis est remus regni.* Hic Rex in stemmate habuit cymbam cum remo, in cujus manubrio panis erat, cum inscriptione, *Et pangit & frangit*; scilicet panis frangit hostes, pangit amicitias.

Butyrum. *Butyrum mane est aurum, meridie argentum, vesperi plumbum.* Binetus in Schol. ægror.

Mulier. *Mulier est paradisus oculis, infernus animabus, purgatorium crumenis, limbus cogitationibus.* Hispan. Proverb.

Deus. *Orpheus* DEUM *vocavit Cor temporum; Quia mortuum est omne tempus quod sine Deo transigitur.*

Tempus *Vitalis est dies quem religio animat.*

Luna. *Luna est cerebrum mundi.* Orpheus.

Sol. *Sol est Cor & Oculus, nec non demonstrator justitiæ. Quia omnibus idem est, nec minus terret Dominum quam servum.*

Oculi. *Oculi sunt Legati cordis, & animi nuncii.* Typius.

Ex oculis, poculis, loculis, agnoscitur homo.

Michael Archangelus. S. Michaelem Archangelum sic describit Pantaleon: *Lampas Divinitatis, Assessor Sanctissimæ Trinitatis, Amicus* DEI, *Caput plenum oculis, Oculus ex pluribus oculis.*

S. Maximus Episcopus sermone 114. *S. Michael altissimus Seraphim, Sol astrorum, lium florum, Cedrus lignorum, Aquila volatilium Rex Principum, Dux militum, Caput membrorum Apex Spirituum; & ut semel totum loquar, Major in regno cœlorum, Major inter magnos, Major ter maximum, Major à seipso, officio, titulo, triumpho.*

S. Paulus. S. Chrysostomus describit S. Paulum ita:

lus cæli civis, Ecclesiarum columna, Angelus terrestris, Cœlestis homo. Et sicut ferrum in igne ignis efficitur; ita Paulus charitate succensus, totus effectus est Charitas.

Gregorius 13. Pontifex Funditores Ordinum Religiosorum sic descripsit: *Dominicus est Aurora* DEI, *Franciscus Mavna* DEI, *Bruno Terror* DEI, *Ignatius Ventus* DEI.

Bauhusius Milites sic: *Hæc sola nunc est vita militum, Male vivere & bene bibere.* — Milites.

Quidam salutationem Sic: *Salutatio est saltatio, in qua qui non caute vadit, cadit.* — Salutatio.

Æneas Sylvius *Scientias* dixit *in plebeio homine esse argentum, in Nobilibus aurum, in Principibus gemmas pretiosas.* — Scientiæ.

Ouenus vitam hominis sic: *Tota hominis vita est nil nisi Nolo, Volo.* — Vita hominis.

Pecunia est nervus belli, ferri lima est aurum; ferrum hebescit quod aurum non exacuit. Cassiodorus. — Pecunia.

Pulchritudo corporis est exigui temporis Tyrannis. Socrates. — Pulchritudo.

Pulchritudo est silens fraus. Theophrast.

Regnum sine satellitio est pulchritudo. Carnead.

Pulchritudinem vocat litteras commendatitias Diogenes.

Linguam & calamum sic describit Nigron. *Quid lingua nisi loquens calamus? Quid calamus nisi lingua tacite clamans? illa Spiritu, hic atramento utitur; illa scribit vocibus, hic clamat litteris; illa auribus locutione, hic oculis scriptione.* — Lingua & calamus.

Pulex est parasitus (inquit Bauhusius *Lib. Epig.*) *opes sunt sanguis: Non te linquet, opum dum tibi sanguis erit.* — Adulator.

Amor est gratum vulnus, jucundum venenum, suavis — Amor.

suavis amaritudo, lætum martyrium, blanda mors. Petrarcha.

Morbi. *Morbi sunt usuræ Voluptatum.* Seneca.

Quæstio III.

Quomodo argumenta invenienda sunt ex partium Enumeratione & Notatione.

Argumenta ex partium enumer. quom. inven.

Resp. I. Partium enumeratio est rei in suas partes divisio: ut, *si dividas vitam humanam, in pueritiam, adolescentiam, juventutem, virilem ætatem, senectutem.* Sumuntur vero hic partes late, scilicet pro omni eo quod sub generali continetur, sive hoc generale genus sit, sive totum.

Argumentatio triplex à part. ad Totum.

Tripliciter à Partibus ad Totum argumentamur. 1. Ut omnibus affirmatis partibus totum affirmetur: Ut, *si probes totam domū vitiosam esse; dividas domum in parietes, tectum, laquearia; & ostendas singula vitio laborare.* 2. Ut negatis omnibus partibus, totum negetur: sic, *si probare velles nusquam mittendos esse Liberos peregrinationis caussa; diceres nec in Italiam, nec in Galliam, nec Hispaniam mittendos.* 3. Quando rejectis omnibus partibus una aliqua affirmatur: ut, *aut amat aut odit, nihil est tertium: non amat vero: oderit ergo necesse est.*

Tractari solet hic locus venuste per Interrogationem, per Repetitionem, per Subjectionem per Præteritionem, per Apostrophen. Pro Exemplo placet hic formosam horti descriptionem per partes apponere. *Hortus erat amœnissimus, & prope Paradisi æmulus: stabant foliorum germine rendentes arbores, quæ cum hilari odore gratas diffundebant umbras, & clementi brachiorum motu, dulces susurros obsibilabant: has inter loquax rivulus & omni crystallo nitidior errantibus ludebat aquis*

Horti elegantissima descriptio.

& querulo rore lapillos vexabat, unde pene musico concentu pulsabatur: Vtrimque flores, & copiosa Zephyri familia: hinc è viridi prato argentea ridebant lilia, illinc purpurascentes rosæ promicabant, istinc narcissorum nivem & ebur, hyacinthorum sanguis & aurum acuebat: ventulus ab omni parte placidissimus adspirabat, &c. *In Drexelii Niceta.*

RESP. II. Notatio seu Etymologia est vocabuli interpretatio, quæ inquirit originem verbi & significationem. Ut, *Senatus à Senibus dicitur.* Hæc Etymologia apud Grammaticos frequentior est, quam apud Oratores; datur tamen interdum occasio, ut illius suavitate venustemus orationem: quod quidem ad persuadendum parum, sed ad delectandum multum confert. Sic *Cicero in Verrem jocatur, cum ejus nomen vel à verre porco deflectit; vel, à verrendo, quod verrere solitus sit è templis aurum, è domibus supellectilem*, &c.

Argumenta ex Notatione quomodo inveniend. & quid sit.

Cicero in Verrem.

Liberius hoc loco utuntur Poëtæ. Sic quispiam in *Erasmum* è Monasterio fugientem:

Cur Monachos fratres & claustra relinquis, Erasme?
Non misera factum hoc ambitione caret.
Namq; latens illic velut in scrobe, vilis eras mus:
In lucem, ut videas, ut videare, salit.

Item.

Vnde suum ducat quæris Cerevisia nomen?
Quod cerebrum visat sæpe, Sabelle, tuum.

Hic locus à Notatione valet non tantum ad lepores orationis, sed interdum fœcundam orationi vel concioni porrigit propositionem.

Quæstio IV.

Quomodo argumenta invenienda ex Conjugatis, Genere & Forma.

Conjugata quid.

Resp. I. Conjugata illa dicuntur, quæ sunt ex verbis ejusdem generis; *hoc est*, sunt plura verba quæ ab uno orta varie immutantur; uno verbo, sunt primitiva cum suis derivativis: Ut, *Sapientia, sapiens, sapienter, &c.*

Argumentatio ab his.

Ab his ita argumentamur. *Si pietas amatur, & pius amari debet. Si stultitia plenus est, quid mi stulta effutiet? Et tu homo es, qui omnes humanitat cancellos egressus, non unam moribus refers belluam* Erudite Bauhusius; *Fient aurea secula? aufer au rum: nam sunt ferrea secula propter aurum.*

Differunt Conjugata à Notatione, quia in Notatione explicatio verbi fit; in Conjugati tantum inflexio, derivatio & variatio casuum spectatur.

Genus quid.

Resp. II. Genus est quod habet multa su se specie seu naturis diversa: ut, *Ars est genus ha bens sub se Rhetoricam, Grammaticam,* &c.

Species quid.

Forma autem seu Species est una res ex illi quæ sub genere continentur: Ut, *Rhetorica con netur sub arte, est ergo forma.* Locus à genere co piam magnam dat Oratori. Nam hic propos tio finita, hoc est, circumstantiis personæ, loc &c. inclusa, ad libertatem propositionis infinit reducitur. Argumentamur vero dupliciter Genere. 1. Quando aliquid dicimus de genere idem etiam de forma dicere debemus: Ut, *si viri diligenda est, & temperantia diligi debet.* 2. Quan do negamus aliquid de genere, idem de form negare debemus: Ut, *si necessariam militi omn artem liberalem negas, negabis etiam Rhetoric militi esse necessariam.*

Argumentatio ab his duplex.

Qua

QUÆSTIO V.

Quomodo argumenta invenienda sint in Simili, Dissimili, Contrariis, Repugnantiis & Comparatione.

RESP. I. Similitudo est duorum vel plurium longe diversorum in aliqua re collatio: hoc est, Similia sunt quæ non sunt quidem idem secum, interea habent aliquid in quo conveniant. Sic, verbi gratia, *umbra & gloria diversissima sunt: In hoc tamen conveniunt, quod umbra corpus, gloria virtutem comitetur*: unde dictum à Cicerone, *Gloria virtutis umbra est.* Potest duci similitudo ex factis, dictis, fabulis; & nulla fere res est, ex qua duci non possit. Valet ad probandum aliquando, frequentius tamen ad illustrandam rem assumitur. Quando communiter dicitur, *omnis similitudo claudicat*; intellige, quod non per omnia res rei teneatur esse similis, sed satis est, si in aliquo conveniat. Partes similitudinis ligantur passim his particulis, *ut, ita, ut, sic, quemadmodum, pari ratione, sicut, non aliter*, &c. Aliquando simpliciter omissis particulis ponitur; verbi gratia, *Responsa tua sint sponsa, iræ lyræ, joci croci, panegyris iris, dicta edicta.* Pulchre Strada de bello Belgico; *quoties*, inquit, *mota est sacra Religionis anchora, toties fluctuavit magna Reipublicæ navis.*

Similitudo quid.

Unde possit deduci.

RESP. II. Dissimilitudo est duorum vel plurium diversitas, seu disconvenientia, sicut Similitudo est convenientia.

Dissimilitudo quid.

Ab hac ita argumentamur, cum quod uni dissimili competit, alteri competere negamus, & quod uni non competit, alteri competere asserimus: verbi gratia; *Ignavi cives Reipublicæ damna non curant: generositasque & boni civis est ea propulsare.*

Argumentatio ab hac.

pulsare. Clarius Catullus: *Solet occidere & redire possunt: Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetuo una dormienda.*

Contraria quid.

RESP. III. Contraria sunt quæ non possunt eidem rei simul convenire, propter eandem rationem. *Sic nemo potest in ea re sapiens esse in qua stultus est.*

Horum divisio.

Dividuntur in quatuor genera; & *primo* quidem in Adversa. hæc sunt illa, quæ sub aliquo generali nomine comprehenduntur, & maxime secum discordant, nec in eodem Subjecto se compatiuntur: ut, *calor & frigus.* Ab Adversis argumentamur bene, si de quo unum illorum affirmamus de eodem alterum negamus: ut, *Siquidem Petrus à convictu meo alienum audis, quomodo mihi familiarem esse objeceris?*

1. In Adversa.

Argumentatio ab his.

2. Privativa, quæ significant rem, & absentiam rei in subjecto apto habere eam rem: ut, *auditus surditas, lux, tenebræ, &c.* A privatione argumentaberis, quando unum privatorum de aliquo negabis, & aliud de eodem affirmabis: ut, *pauperiem optatis mihi, quia divitias invidetis.*

2. In Privativa.

Eorum Argumentatio.

3. Relata sunt quæ ad se invicem ducunt ordinem: ita *Pater refertur ad filium, Præceptor ad discipulum, & simile ad simile.* A relatis argumentamur, ex vi unius inferendo aliud: v.g. *Discipulus diceris; quis ergo tuus est Præceptor?*

3. In Relata.

4. Negantia sunt, quorum unum id affirmat quod aliud negat: ut, *est bonus, non est bonus.* Dialecticis contradictoria vocantur. Argumentum ab iis sumitur, si uno negato aliud affirmatur, aut è contra.

4. In Negantia.

Argumentatio in iis.

Repugnantia quid.

RESP. IV. Repugnantia sunt, quæ secum nunquam cohærent: ut, *Cupiditas nocendi cum amicitia.* Regula argumentandi ab his, hæc est: Cui convenit unum repugnans, non convenit al-

Argument. reg. ab his.

terum

terum: ut, *si Petro animus est occidendi Paulum, quomodo eum diligit?*

Observa vero quomodo Contraria, Dissimilia, Repugnantia differant. Nam Contraria illa sunt, quæ secum pugnant. Dissimilia non pugnant, sed solum diversa sunt. Repugnantia vero sunt, quando unum Contrarium ponitur & alterius contrarii effectus: Ut, *amare & nocere: nam nocere ex odio profluit, odium vero contrarium amori est.* Nota Differentiam.

RESP. V. Comparatio est unius rei cum altera collatio. Est duplex, *par & impar. Par collatio* est quando duo æqualia secum comparantur: Ut, *fefellit te, igitur & me fallet. Impar collatio* duobus modis fit. Primo, quando argumentamur à majori ad minus: ut, *Deus Angelo superbo non pepercit; quomodo homini parcet?* Secundo, quando argumentamur à minori ad majus: ut, *Vnum scelus impune non tulit, multo magis ergo plura puniet.* Comparatio quid & quotuplex. Argumentatio.

Differt Comparatio à Similitudine, quia in Comparatione fit duorum collatio respectu tertii alicujus: in Similitudine fit quidem duorum collatio, non vero respectu tertii, sed unum cuique attributum datur. v. g. *Licuit M. Antonio defendere Clodium; cur Ciceroni non liceat defendere Milonem?* Ecce hic Cicero & Antonius conferuntur respectu tertii, nempe defensionis. Hic vero, *Sicut infirmi suavitatem cibi non sentiunt, ita improbi veræ laudis gustum non habent:* Hic infirmi cum improbis conferuntur; non est vero tertium respectu cujus conferantur, sed & infirmis & improbis suus gustus corruptus attribuitur.

Quæstio VI.

Quomodo invenienda sunt argumenta ex Causis, Effectis, Adjunctis, Antecedentibus & Consequentibus.

Causa quid, & quotuplex.

Resp. I. Causa est id à quo aliquid quo modocunque procedit. Est vulgo quadruplex Efficiens, Materialis, Formalis, Finalis.

Efficiens causa.

Efficiens Causa est, quæ aliquid facit: Ut, *diem*. Huc revocantur etiam instrumenta & alia quæ non solum faciunt aliquid, sed juvant tantum facere; ut, *Calamus juvat scriptionem*. Ab

Argumentatio illius.

Causa sic argumentamur: Negata causa, negamus effectum; affirmata, affirmamus; laudata vel vituperata, laudamus vel vituperamus.

Materialis.

Materialis Causa est id ex quo aliquid fit, circa quod aliquid versatur: ut, *ex auro pecunia Circa res omnes Orator*. Ab hac argumentamur

Argumentatio.

Data materia potest dari effectus; sublata ea, litur; *ex meliori vel pejori, melior vel pejor*.

Formalis.

Formalis Causa est per quam res est id, qu est; seu per quam constituitur, & distinguitur aliis rebus. Ita *navis & domus lignea per diver partium dispositionem differunt*. Ab illa sic ar

Argumentatio.

mentamur: Data meliori forma, melior res pejori pejor; &, Res omnis suæ formæ debet portionari seu adæquari. *Sic quia animus hom immortalis est, homo immortalia quærere debet.*

Finalis.

Finalis Causa est propter quam aliquid fit tria sunt vulgo propter quæ agimus & faci aliquid, scilicet *honestum, jucundum, utile*. Ab

Argumentatio.

argumentamur juxta hæc axiomata; Quali Finis, talia sunt quę destinantur ad Finem: Si nis bonus vel malus, etiam quæ ad Finem runtur bona vel mala sunt.

Re

RESP. II. Effectus seu Effecta dicuntur res factæ à Causis. Ab his argumentamur vel inferendo Causam posito Effectu, vel negando Causam negato Effectu, vel commendando Causam si boni sunt Effectus, vel damnando si mali. Loci à Causis & Effectis copiosissimi sunt fontes argumentorum. Effecta quid. Argumentatio ab his.

RESP. III. Adjuncta sunt ea quæ cum re sunt conjuncta, sed non necessario. Alia sunt personæ, quorum Cicero duodecim numerat; nempe, *Nomen, Natura, Victus, Habitus, Fortuna, Vita, Affectio, Studia, Consilia, Facta, Casus, Orationes.* Adjuncta rei communiter sex dicuntur; *Locus, Tempus, Occasio, Modus, Facultas, Instrumentum:* Nonnulli ad septem revocant hoc versu. Adjuncta alia personæ. alia rei.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

QUIS significat qualitatem personæ; in qua consideratur *natura, sexus, ætas, natio, cognatio, patria, fama, vires, forma corporis, dona animi, virtus, ingenium, &c. bona fortunæ, divitiæ, honor, naturales inclinationes, ut metus, gaudium, voluptas, mores, educatio, magistri, famuli, facta,* &c.

QUID significat negotii quantitatem, grave ne an leve, heroicum an vile, periculosum, formidabile, &c.

UBI Locum denotat.

QUIBUS AUXILIIS significat cum quibus sociis, instrumentis, &c.

CUR significat causam finalem, qua cupiditate, quo fine, &c.

QUOMODO modum indicat facti, quam facile, quam graviter fecerit.

QUANDO Tempus notat.

Et

Et hic locus fertilissimus est Oratori.

Antecedentia quid. & Consequentia.

RESP. IV. Antecedentia ea dicuntur, quæ rem antecedunt: Ut, *percussisti, igitur sentit.*

Et denique V. Consequentia illa sunt, quæ ex necessario sequuntur: ut, *mors sequitur vulnus cordis.* Differunt ab Adjunctis, quia Antecedentia necessario cohærent cum Consequentibus, Adjuncta vero non necessario conjunguntur.

Argumentatio.

Antecedentibus argumentamur; Posito Antecedente, necessario ponatur Consequentia: v. g. *Vulneratus est in corde, igitur morietur.* A Consequentibus vero, primo, Asserendo Consequens asseritur Antecedens: ut, *magna cicatrix est, & plaga magna fuit.* secundo, Negando Consequens, negamus Antecedens: ut, *mortuus non est, ergo nec in corde læsus.* Et hi sunt loci Intrinseci argumentorum. Cæteros si alii porrigunt, vel in his, vel in his sunt.

Praxis inveniendi argumenta ex jam prædictis & enumeratis locis.

Propositio ex quibus constet. Subjectum & Prædicatum quid.

Nota quod omnis Propositio constet *Subjecto, Prædicato, & Copula. Subjectum* dicitur, de quo dicimus. *Prædicatum* id, quod de alio dicimus. *Copula* est passim verbum Est, aut aliud connectens Subjectum cum Prædicato. ex. gr. *Clodius struxit Miloni insidias.* Hic Clodius est *Subjectum*, quia de illo dicitur: Insidias struere est *Prædicatum*, quia hoc est quod de Clodio dicitur.

Jam ergo cum argumenta invenire voles, primum bene, quod in propositione sit *Subjectum*, & quod *Prædicatum*: accipe deinde *Subjectum* & per omnes locos extrinsecos circumcere primo ad *Definitionem*, & quære quid sit, quæ natura ejus, & quomodo ab aliis rebus discriminetur; *secundo* perge ad *Partium Enumerationem*

vide in quas partes dividi possit; & sic ultra perge ad alios & alios locos. Semper vero quod argumentum inveneris ex *Subjecto*, adnota tibi, & cum *Prædicato* conjunge, & agnosces an bene quam propositionem confirmet. Postea, ubi exhauseris *Subjectum*, accipe simili modo *Prædicatum* propositionis tuæ, & cum eo per locos deambula. Vel si res postulaverit, & melius judicaveris, non divisim cum *Subjecto* & *Prædicato*, sed cum *tota propositione* simul mente concepta, adi locos dialecticos, & argumenta quære. Noli vero anxius hærere in singulis locis, sed si in uno non occurrat, ad sequentem transi: non enim facile cuilibet argumentum porrigit; aut si porrigit, non semper solidum est. Cæterum si scire voles, utrum argumentum aliquod ex *Subjecto* an ex *Prædicato* fuerit sumptum, dispone illud in forma syllogismi: & si videris *Majorem* esse certiorem, puta sumptum ex *Prædicato*; si vero *Minor* fuerit certior, puta sumptum ex *Subjecto*. Postquam habueris argumenta probantia propositionem, ea-dem ipsa debes in certam Syllogismi formam ordinare (ut in sequenti capite docebimus) in tres communiter propositiones, *Majorem*, *Minorem*, *Conclusionem*. Et tunc rursus eadem via, quam modo tradidi, pro singulis, si res egebit, propositionibus, rationes quærendæ sunt, quibus ipsæ propositiones roborentur: & ad hoc valent possimum, *Similia*, *Dissimilia*, *Exempla*, *Apophthegmata*, *Sententiæ*, &c. quæ omnia in promptu habenda sunt. Ut vero facilius obveniat Inventio, consulendi libri sunt, qui de re tua, de qua dicere vis, scripserunt: inter alios est *Polyanthea*, *Theatrum vitæ humanæ*; & id genus alii.

QUÆ-

QUÆSTIO VII.

Quid sit Acumen, & an Oratori usurpandum.

Nauseat simplicitatem seculum nostrum, quendam in stylo luxum requirit; ut jam si Orator non audiat, imo luce non dignus, qui per Acumina vibrare Orationem ignorat. Inquamur itaque de Acuto, ut seculo nos accommodemus.

Acumen quid. RESP. I. Sicut materiale Acumen est duorum linearum seu duorum laterum in unum punctum concursus & unio ex uno fundamento provenientium: ita Acumen metaphoricum est concursus seu discors concordia *Subjecti* & *Prædicati* in oratione. Alii sic brevius definiunt: Acumen est concors discordia, seu discors concordia: h.e. tunc acute loquimur, quando *Prædicatum* & *Subjectum* orationis ex una parte secum conveniunt, ex alia vero parte secum discordant. Exemplum habes in Martial. *Lib.* 1. *Epigram.* 13.

Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquiunt,
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pete, dolet.

Ubi vides *Subjectum* & *Prædicatum* concordare aliquomodo & discordare: *Nam vulnus, inquit, non dolet, alienum mihi dolet.* Discordat, quia contra naturam est, ut alienum vulnus mihi doleat. Concordat vero, quia cum alius vulnus sit, dolorem & compassionem ex vulnere ejus capio.

Acumen triplex. Triplex vulgo Acumen est: *contra Naturam, præter Naturam, juxta Naturam.*

Contra naturam. Acumen *contra naturam est*, quando conveniunt duæ res dissimiles, repugnantes, contrariæ & quomodocunque oppositæ; seu brevius,

quando diſpar collatio *Subjecti* & *Prædicati*: v. g.

Mutârunt elementa fidem, prius igne calebant
Omnia, nunc ipſo frigus ab igne venit. Biderman: lib. 2. Epig. 69.

Contra naturam enim eſt ut ab igne frigus veniat; & tamen quia multi Virginitatem igne defenderunt, & libidinis ardorem reſtinxerunt, apte dixit Poëta, *frigus ab igne venit*. *Præter naturam* Acumen eſt, quod non eſt quidem contra naturam rei, nec tamen etiam eſt uſitatum: ſic Martialis, Præter naturam.

Delitiæ populi, quæ fuerant Domini.

Quia non eſt naturale & uſitatum ut à Domino ad plebem delitiæ transferantur, non eſt tamen etiam repugnans naturæ; dicitur ego ſaltem *præter naturam*. *Iuxta naturam* acumen eſt, quod convenit naturæ rei: ut Martialis, *Impenſis vitam principis annumeres*: quaſi dicat, *vita civilis Principi eſt in acceptis referenda*: eſt vero naturæ conveniens, ut Princeps vitam conſervet civium. Iuxta naturam.

Eſt ergo Acuminis natura, ut *de Subjecto* præſicetur *Prædicatum vel contra, vel præter, vel juxta naturam*. Perfectiſſima vero illa Acumina ſunt quæ *contra naturam*, quia magnam pariunt admirationem; admiratio autem non poteſt eſſe, niſi in una re, ut dixi, fiat duarum rerum quomodocunque oppoſitarum concurſus. Perfecta acumina quæ.

Resp. II. Acumina Oratori adhibenda ſunt. Nam & Cicero de claris Oratoribus multos laudat, qui hac in re excelluerunt, & vituperat alios, qui nullo Acumine inſtructi fuerunt, ipſe Acuminibus ſæpe uſus eſt. Hominibus tamen Politicis, qui ſententiam in Republica ferre debent, videtur hic luſus ingenii, ſi ſit aſſiduus, utilis eſſe; ſeria enim ac plana ab iis exſpectandi, non verborum joci: tamen nec illi prorſus Orator adhibeat. Nota.

omnia

omnia negligant; caveant tantum *obscura, nim*
affectata, levia, aculeata. Nam si *obscura* sunt, q
intelliget? si *nimia,* obscuritatem invehunt; si
fectata, contemptum; si *levia,* risum; si deni
aculeata, odium.

QUÆRES

Qui sint modi faciendi concordiam discorde
Subjecti & Prædicati.

1. Modus faciendi concordiam discord. per Epitheton.

RESP. I. modus est, adponere Epith
discordans ad *Subjectum.* sic facit Martialis *L*
Epigr. 82.

Quis neget curam esse te Deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

Sic dicitur *Hermes optimus malorum, seu opt*
malus.

2. per substantiv. discors.

II. est, adponere ad *Subjectum* aliud *Sub*
tivum discors. sic Biderm. *Tela videbantur, m*
& agger erat.

3. per Catachres.

III. est, adponere *Catachresin* vel in *Adj*
vo, vel in *Substantivo,* vel in *Verbo.* In *Adje*
ponitur *Catachresis:* ut Idem l. 2.

Doctior in Caußis nulla favilla fuit.

Sic illud *Poëtæ de Hildegunde, quæ pro fur*
repta non potuit alligari furcæ.

Iussus stringere funis innocentem
Iußis restitit improbis, gulæque
Insonti nisi parceret, vel ipse
Funis crederet esse se nocentem.
Sic in lite sua puella funem
Ipso est judice nacta justiorem.

In *Substantivo Catachresis* est, si voces *Elee*
nam v.g. *piam liberalis dextræ pluviam,* vel *au*
pietatis imbrem in egenos. In *Verbo Catachresis*
si dicas, *hostes belli neceßitatem & ardorem*

accenderunt: id est, animosius pugnabant, quia prope aquas pugnabant, ubi fugæ spes nulla.

IV. est, idem *Prædicatum* de eodem *Subjecto* & affirmare & negare in diverso sensu. Sic Poëta de S. Brigitta, formam perdente ut pudorem conservaret: *Et tunc credidit esse se venustam, Postquam desiit esse tam venusta.* Plures modos quisque suopte ingenio observabit. 4. Eodem prædicato affirmando & neg. in subjecto.

Quæstio VIII.

Ubi invenienda sunt Acumina.

Resp. Bonus fons Acuminis redundat primum ex locis Dialecticis, *Definitione, Part. Enumer.* &c. Nullus enim fere tam sterilis est, ex quo, si rem de qua loqueris circumducas, Acumen haurire non possis. Sic *Biderm.* 1. Fons acuminis.

Quid facimus? glaciata gelu si lympha negetur,
Ex oculis hausias funus habebit aquas.

Ubi docet aquam funeream nihil aliud esse quam lacrymas. Sic *Remundus* de Magdalena currente ad pedes medici Christi:

Me, precor, ah, dixit remorantibus obvia turbis,
Linquite: si morbum discere vultis; amo.

Longum foret ire per singulos locos cum exemplis. Scias tamen quod inter alios maxime locus à *Caussa finali*, ab *Effectis*, ab *Adjunctis*, à *Contrariis*, à *Repugnantibus* pro Acumine fœcundus sit: Hic enim facile invenitur consentaneum & dissentaneum aliquid *Subjecto*.

Secundus fons est *Paradoxum*, hoc est, aliquid insolitum: quale est illud in Elogio; *Euntis Leonini facies, in veteres statuas & simulacra urbis Leoninum fere animos invitavit*, id est, stupere fecit. Ad *Paradoxum* revocantur hi loci ex facetiis sumpti, qui etiam Acumina porrigunt. *Primo*, *Metaphora*: ut, *si equum mutilatum labris*, ridere 2. Fons acuminis.

dicas. Secundo, Paranomasia : sic *Biderm.* de hom-
ne picto inter inferos ;

Iunge tuam tabulæ clamanti, quisquis es, aure
Ipsa sibi clamat, Væ ! tibi vero, Cave.

3. *Etymologia nominis* ; Sic Poëta de Marg-
reta.

Vellet inops fieri; sed dum se possidet ipsam
Margaris, incassum credo feretur inops.

Et illud de S. Lucia excæcata.

Tu quamvis oculis carebis istis,
Dum sis Lucia, luce non carebis.

4. *Narratio lepida & rara.* Exemplum habe-
pud Mart. de fure lib. 12. Epigr. 29.

3. Fons acumin. *Tertius* fons est *Documentum morale.*

4. Fons acumin. *Quartus* fons est *Ambiguum*, cum vox am-
gue sumitur : sic *Biderm.* de flagello Christi
guine purpurato.

Flagrum In Domini tergo protinus erubuit.

Et illud Poetæ :

Vis dici devotus, & es, Chrysamblice : totos
Improba te conjux devovet usque dies.

Item,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos!
Horbe, voves. Iove vix est opus, Horbe,
Nupta tibi est uxor, quæ ut primum rixa
est,
Præteritos annos & tua facta refert.

5. Fons acuminis. *Quintus* fons est *ex figuris Rhetor.* & *T*
maxime *Metaphora*, *Allegoria*, *Catachresi*, *Me-*
nymia, *Prosopopœia*, *Traductio casuum*, *Inter-*
tio & *Responsio*, *Optatio*, &c. Et hi fontes A-
minum, ab aliis olim tradi solitorum, licet
sint, nobis tamen nunquam satis limpidi &
visi : Ideo ex tractatu de Acuto Lyricorum
gis Sarmatici, alterius Horatii, *P. Ma*
Sarbievii, fere easdem praxes inveni
Acuminis, clarius tamen propositas, q

dam collectas, ſiquidem placet, ſine invidia cape.

Praxes aliquot inveniendi acuminis.

Praxes inveniendi Acuminis.

Prima praxis eſt, quando rei attribuitur apte aliqua magnitudo, moles, majeſtas, authoritas, amplitudo, vaſtitas, in ſenſu tamen dubio, & communiter inter realem & moralem. v. g. Sic moralis Philoſophus *Seneca in Epiſt. 66. in fin.* acute dixit; *Scævola confecit bellum inermis ac mancus, & illa manu trunca reges duos vicit.* Nec illud invenuſtum eſt de *Attilio*. Nam *Attilius Regulus* cum contra *Pœnos* in Africa pugnaret, ad Senatum ſcripſit, *Mercenarium ſuum deceſſiſſe, & eo deſertum eſſe rus; quod Senatus publice curaret, dum abeſſet Regulus.* De eo ergo ſic Seneca: *Tanti fuit ſervum non habere; ut colonus ejus poſſet Romanus eſſet.* Sic & illud *Lucani* de morte *Pompeii Magni.* Prima.

Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni
Non fugeret, ſupraque Ducem procumberet orbis.

Secunda praxis contraria huic eſt; quando rei magnæ attribuitur parvitas, vel rei pretioſæ vilitas; in dubio tamen ſenſu inter realem & æquivalentem: ſic *Seneca*, De ben. *l.* 2. *c.* 10. *Video*, inquit, *iſtic menſas, & æſtimatum lignum Senatoris uſu eo pretioſius, quo illud in plures nodos arboris Tu felicitas torſit.* Sic de *Domitiano* muſcas quotidie mactante dictum; *Hoſtis fuit muſcis, hoſtibus* Secunda.

Tertia praxis eſt, quando Acumen continet in cauſſam de facto, vel certe in dubio ſenſu inſit aliquam veritatem contrarii effectus: Sic ille Sanctus, D. Auguſt. *Domine*, inquit, *tu imples ſublevas eum, & quia ego plenus Tui non ſum, mihi oneri ſum.* Eſt & non leve Acumen, quando alicujus effectus realis datur cauſa moralis vera & reali. Tertia.

Quarta. *Quarta* praxis consistit in ambiguo ali
verbo, vel sententia, ita ut aliud vere signifi
aliud autem intendat significare. Sic cum *I*
Montanus recitaret carmen suum, & incepis
paulo ante descripto Solis ortu, describere o
sum; quidam ex Schola incepit abire, & cau
quæsitus dixit; *Numquid diutius illa audire*
quã ab ortu solis usque ad occasum? Seneca. Sic
delis quoque *Atreus* fratrem alloquitur *Thy*
cui incauto filios dederat devorandos; *Hic*
esse crede in amplexu patris, hic sunt, eruntque
la pars prolis tuæ tibi subtrahetur. Sen. Th
Tale est & illud Poetæ.

Si forte stultus per calumniam læsit,
Curare noli, & vulnus omne curasti.

Item illud in Fornicatorem & Bibonem.

Et liberis & Libero assuete liberaliter:
Dici Magister Artium potes, Aule, liberali

Item in Astrologum potatorem.

Non tu polorum regeres influentias, sed pocu

Item in Furem Glauciam.

Omnes quæ sua sunt quærunt, vitiumque pu
Ergo non quærit Glaucia quæ sua sunt.

Item in Medicum.

Non finit in longo miseros putrescere morbo
Absolvitque brevi morte: benignus hom

Quinta. *Quinta* praxis est, quando attribuitur
rei inanimatæ aliquid, quod proprium est
nimatæ; ita tamen, ut totus sensus con
aliqua actione ad aliena attributa rei de
quimur. Sic *Plinius* de quodam post vict
arante: *Gaudet tellus vomere laureato,*
victrici Imperatorum dextera, fructuum
superbit. Et *Augustinus* super verba Chri
sum lux vera: *Ergo piger, surge*, inqui
ipsa ad te venit, & te de somno excitat;
& ambula. Loquitur etiam acute, qui

rurales convertit in arte factas. Sic in nasum cujusdam Muret.

Si tuus ad Solem statuatur nasus hiante
Ore, bene ostendet, dentibus hora quota est.

Sexta Praxis est, quando apte id quod veris personis convenit, attribuitur non veris. Sic Plaut. *Semper oculatæ sunt manus nostræ, credunt quod vident.* Plurimum vero placet hic modus, quando simul & vera & falsa persona communicant in eadem re. Sic Augustus Cæsar dicebat, *Quas se habere filias delicatas, quas necesse est tolerare; Iuliam alteram, alteram Rempublicam.* Sexta.

Alter adhuc modus hic subjungendus Acuminis inveniendi caussa.

Est bonus modus inveniendi acuminis, si rem compares cum locis oratoriis. Triplex autem potest esse comparatio hujusmodi. *Prima* est, si rem conferamus cum locis singulis separatim sumptis, cogitando quænam sit rei, de qua loquimur, *Definitio*, quæ *Partes*, quod *Genus*, quæ *Adjuncta*, &c. Sic *Cicero*, Romanæ Eloquentiæ facile princeps, Consulatum *Vatinii* acute ridet per distributionem partium consulatus. *Magnum*, inquit, *portentum anno Vatinii factum est, quod illo consule nec Bruma, nec Ver, nec Autumnus, nec Æstas fuerit. Secunda*, si ipsius rei unum locum cum alio diverso loco ejusdem rei comparaveris: e.g. *Definitionem* cum *Adjunctis rei*, vel *Effectus* cum *Causis*. Sic *Valerius Maximus* Lib. 6. c. 1. ex comparatione Materialis & Formalis Caussæ, id est, animæ & corporis, elicit Acumen de *Lucretia: Dux*, inquit, *Romanæ pudicitiæ Lucretia, cujus virilis animus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus sortitus est. Tertia* est, si locos rei unius ordinis comparemus cum aliis locis oratoriis ejusdem ordinis; ut *definitionem* cum *definitione*, Alter Modus eliciendi acuminis. Comparando rem. Comparatio triplex.

cauſſam cum *cauſſa*, &c. ex. gr. *Mucius Sce*
Regem quem armata manu non poterat, exuſta
gat. Seneca. Hic Acumen eſt ex comparatio
cauſſæ cum cauſſa, id eſt, manus armatæ c
exuſta.

Modus inveniendi Acuminis in locis Oratorii

Ex Definit. Acumina.

DEFINITIO. Definitiones acutæ
quæ fiunt per contrarium: Sic *Formam* deſcri
runt, *Regnum ſolitarium*, *Dulcem Tyran*
Dulce malum, *Dulce damnum*, Theoc. Socrat. &
ca, Theoph.

Ex partium Enumeratione.

PARTIUM ENUMERATIO. Ha
cuta fit, Primo, quando oſtenditur quod
ſit major ſuo toto. Sic *Cicero* cum vidiſſet Q
ceronis fratris imaginem ingentibus lineam
uſque ad pectus depictam, ipſe vero Q. C
erat parvus, *Frater*, inquit, *meus dimidius m*
eſt quam totus. Secundo, quando res intri
in ordine ad aliquam menſuram conſideratæ
exprimendam magnitudinem vel parvit
Sic *Cicero* de *Dolabella*; *Quis generum meum*
gavit gladio? Tale eſt illud *Martialis*
epig. 52.

Nunc Roma eſt, olim magna taberna fuit.

Tertio, quando aliquod magnum oſtendit
cludi in aliqua ſui parte. Sic Paul. Meliſſ
Venetiis:

Quid pugnas Europam, Aſiam, Libyam
Neamque?
Quatuor hac una cernis in urbe plagas.

Et illud *Bauhuſ.* de incarnatione Chriſti:
punctus ambit circulum.

Et *Martial.* l. 8. epig. 46.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi
eſt,
Pars vulſa eſt: unum quis putet eſſe caput

Item in ebrium Appium:

In niveis Appi jam regnat Bruma capillis,
Inque oculis semper vino flammantibus æstas,
Baccifer autumnus pingit nasumque genasque,
Cumque bibit florum dulce illi ad tempora Ver est.
Sic potans totum in vultu gerit Appius annum.

CONTRARIA. Locus Contrariorum valde servit Acuminibus; quando idem omnino affirmatur & negatur, salva tamen veritate dicti diversimode intellecti. Sic de malo Principe Tacitus; *Omnia in eo Principe sunt, præterquam Principes.* Et Curtius; *Hæ manus*, inquit, *sufficiunt desiderio meo; nihil habenti nihil deerit.* Et *Seneca* Philosophus; *Non persuadebis, etiamsi persuaseris.* Et Cicero; *Nunquam sum minus otiosus, quam cum sum otiosus.* Ex Contrariis.

PRIVANTIA acuta sunt cum prædicatur forma de privatione, vel certe quando aliquid proprium formæ tribuitur negationi formæ: Sic *Mimus; Pars beneficii est, si quod peto cito negas.* Et illud; *Congesto pauper in auro est.* Ex Privativis.

Sic illud de inepte garrulo; *Nec taces, nec loqueris, quia sic garris ut nemo te intelligat.*

REPUGNANTIA acuta sunt, quando unum de altero prædicatur: v. g. *Deo parere libertas est.* Seneca. Et alibi; *Miserum te judico, qui unquam fuisti miser.* Sic *Claud.* de Nuptiis Honorii: Ex Repugnantiis.

Non odium terrore moves, nec fræna resolvit
Gratia: diligimus pariter pariterque timemus.
Ipse metus Te noster amat ——

Sic *si divitem dicas esse pauperem, eo quod aurum non habeat, sed ipse habeatur ab auro.*

Sic & Poeta;

Cur oculis pollet surdus? cæcusque quid aure?
Ille oculis audit, auribus iste videt.

Sic & alter de claudo & cæco ;

Claudum humeris cæcus, claudus per devia cæcum
Dirigit : hic oculos commodat, ille pedes.
Quam bene concordes amor hos univit utrosque!
Alter & alter homo est, sed tamen unus homo
est.

Tale est & illud Arabum dictum.

Esto inter homines surdus audiens, cæcus videns
& mutus loquens.

Ex Relatis. RELATA. Ex his oritur Acumen, primo quando patienti actio attribuitur, agenti vero passio : v.g. *Beneficium dando accepit, qui digno dedit.* P.Mimus. Secundo, quando una eademque persona ad se tamquam ad aliam refertur : v.g. *Tam autem eras excors, ut tota in oratione tua tu cum pugnares ipse, ut non tanta quanta tecum tibi esset contentio.* Cicero Philippica 2. in Anton.

Ex Causis. CAUSÆ Materialis & Formalis dabunt Acumen, si ostenderis alterutram alteri consentaneam esse & dissentaneam : ex. gr. de apibus *Virgilius*,

Ingentes animos angusto in corpore versant.

Et,

Magna sub exiguo regnabat corpore virtus. Sta-tius.

Et,

Rhetoris hæc Rufi statua est quia saxea, vera
Cur dicis? semper Saxeus ille fuit.

Efficiens Causa & Instrumentalis dabit Acumen, si ostendatur res dissentaneas efficere. Sic *Seneca* de quodam in rota ad supplicium vecto caputque in rotam immissum frangente ; *Eodem vehiculo*, inquit, *quo ad pœnam vehebatur, pœnam effugit.*

Sic Poëta ;

Gignitur ex visu, non ergo, Firmice, cæcus.
Nascitur ex oculis cum generatur Amor.

Finalis illa est acuta, quæ ab ipsa actione, quæ propter se exercetur, erit dissentanea, & consentanea. Sic Martialis:

Cur in theatrum Cato severe venisti?
Ideone tantum veneras, ut exires?

EFFECTA Acumen faciunt, cum juxta se prorsus dissentanea sunt, & tamen vera: Sic Scytharum Legati coram Alexandro; *Fuga nostra victoria est; etiamsi vincamur, vincemus.* Curtius lib. 7. Ex Effectis.

ANTECEDENTIA & CONSEQUENTIA exstruunt Acumen, quando inter se permutantur, id est, quando dicimus ea antecedere quæ deberent consequi; & contra. Sic magnus ille *Heinsius l. Epigr.* de puero in utero Matris mortuo cum eaque sepulto: Ex Antec. & Consequent.

Sic tumulusque domusq; fuit tibi Mater, & ante
Quam natus poteras esse, sepultus eras.

De quodam Prælato omnia per Vicarium faciente, sic lusit quidam:

Ad noctis horas per Vicarium surgis:
Horas diurnas per Vicarium cantas:
Animas tuorum per Vicarium pascis:
Animosque vinclis per Vicarium solvis.
Convexa cœli per Vicarium vises.

Item;

Omnibus amissis, à tergo, à fronte, capillis,
Quid tibi jam restat perdere, Calve? caput.

Acutum & illud: *Tantum à se discordavit fortuna, ut cui defuerat ad victoriam terra, deesset sepulchrum.* Paterculus in Pompeio.

COMPARATA tripliciter acumen faciunt. Primo, quando ea quæ sunt majora, fiunt minora: v. gr. *Fratris propinquorumque extrema hora deseritur, & ad mortem muli concurritur.* Seneca. Secundo, quando illa quæ sunt minora vel majora, fiunt paria: ex. c. *Par est pauper nil cupiens,* Ex Comparatis.

cupiens, Principi omnia habenti. Idem. Tertio, quando illa quæ ſunt minora, fiunt majora: v. g. *Majus beneficium dat, qui grate accipit, quam qui libenter dedit.* Idem.

Et hi fuere modi ex ſupradicto R. P. collecti; quos æqui conſule. Pro fine tamen moneo, ut non moroſe nimium his locis inhæreas, acumen quærendo: Aliquando enim naturalis bonitas citius quam exacta diligentia illud porrigit; & artificioſa inquiſitione interdum tardamus impetum animi ſponte ſagacem.

QUÆSTIO IX.

Quomodo Orator Acumina in Oratione ponere debeat.

Orationis acutæ ſcribendæ

Ut plenitudinem Doctrinæ de Acuto habeam, non erubeſco meis ſcriptis inſerere quædam e decem præceptis orationis acute ſcribendæ, quæ ingenioſiſſimus P. *Thomas Fabritius* quondam obſervavit.

Præceptum. 1.

Primum Præceptum eſt; Ut acuta ſit Oratio, tractetur dictum aut factum aliquod ita, ut ex occaſione ejus aliquid opponatur per modum additamenti ſententioſe, ſive ex *Cauſſis* ſive *Effectis.* Exempla dat *Seneca*, Epiſt. 119.

Alexander.

Alexander, victor tot Regum & populorum, iræ ſuccubuit: id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate quam affectus; nec ſciebat, imperare ſibi, maximum imperium eſſe. Et, *Poſt Darium & Indos paratus eſt Alexander: quærit quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota: Quod naturæ ſatis eſt, homini non eſt. Inventus eſt qui concupiſceret aliquid poſt omnia.* Ibidem. Et alibi, *Socrates eodem illo vultu, quo quando ſolus triginta Tyrannos in ordinem redegerat, carcerem intravit, ignominiam ipſi loco tracturus; neque enim poterat carcer videri in*

Socrates.

Socraten erat. Seneca de Consol. ad Helviam cap. 13. Et, *Regem prodesse etiam solum oportet, nocere non nisi pluribus visum est.* Idem, Natur. quæst. l. 2. cap. 43. Ideoque antiquitus dictum; *Fulmen quod solus Iuppiter mittit, placabile est, pernitiosum id de quo deliberavit, & quod aliis quoque Diis authoribus misit; nimirum ubi aliquid percuti debet, ne Iovi quidem suum consilium satis est.*

Secundum Præceptum: Ut acuta sit oratio, ponantur ingeniosæ Causæ Finales, ex occasione facti vel dicti alicujus: v. g. *Caligula optabat ut populus Romanus unam cervicem haberet, ut scelera nimirum sua tot locis ac temporibus diducta in unum cogeret.* Seneca, lib. 3. de Ira. Et, *Da pauperi terram, ut accipias Cœlum; da nummum, ut accipias regnum: da pauperi, ut des tibi; da, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quidquid pauperi non dederis, habebit alter.* Chrysologus Serm. 8. Et, *Magnus Paulus cecidit in via: cecidit Iudæus, ut surgeret Christianus.* Idem Serm. 176. Et, *Sol obscuratus est, ut tanto sceleri officium luminis denegaret; nec luceret eis lumen mundi, à quibus fuerat lumen salutis exstinctum.* Ambrosius Serm. 52. 2.

Tertium Præceptum est; Ut acuta sit oratio, ponantur breves & ingeniosæ definitiones: v. g. *Vilis & tenuis & simplex mensa bonæ valetudinis Mater est.* Chrysostomus tom. 3. Homil. 21. Et, *Morientem divitiæ non sequuntur: sit ergo tibi pera conscientia tua, sit tibi panis vita tua.* Chrysolog. Et, *Voluptas, bonum pecorum, amplectitur nos, ut strangulet.* Seneca. Et alibi, *Omnia ad quæ gemimus tributa vitæ sunt; omnia ista in longa vita sunt, quomodo in longa via & pulvis & lutum & pluvia.* Idem Epist. 96. 3.

Quartum præceptum est; Ut acuta sit oratio, ex occasione alicujus veritatis ponantur vel Similia, vel Exempla, vel Hieroglyphica, vel aliæ veritates. 4.

ritates sententiosæ. e. c. *Noli huic tranquillitati confidere: momento mare vertitur, & eodem die, ubi luserunt navigia, sorbentur. Cogita posse & latronem & hostem jugulo tuo admovere gladium.* Idem Epist. 4. Et alibi: *Vitia in aperto leviora sunt; multi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum erumpunt.* Ep. 56. Et: *Postquam docti prodierunt, boni desunt; docemurque disputare, non vivere.* Epist. 90. Et: *Non cognoscitur bonum, nisi amissum: Solem spectatorem, nisi cum deficit, non habet: adeo natura est magis nova quam magna mirari* Senec. Natur. quæst. l. 7. c. 1.

5. *Quintum Præceptum est*; Ut acuta sit oratio, simile sententiose ponatur: v. g. *Non est admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinem tota silva surrexit.* Senec. Epist. 33. Et alibi: *Parvus pusillio est, licet in monte constiterit; Colossus magnitudinem suam servabit etiam in puteo.* Epist. 76. Si: *Plures sunt qui orientem, quam qui venerantur solem occidentem.* Plutar. in Pompeio. Et: *Inanimium veteri delectat etiam ipsa amaritudo.* Et: *Hedera invenit, quo se alliget.* Lycosthen. Et: *Panem propter aculeum non odisti, sed propter fructus foves & tueris.* Plutar. Sic etiam:

Panem sume meum, sed non fac Bartholomæum.
Schola Salernitan.

6. *Sextum præceptum*: Ut acuta sit oratio, itamile ponatur, ut *protasis* & *apodosis* exprimatur, sed adverbium comparativum non exprimatur. v. g. *Nec gubernator otiosus in tempestate, nec* [illegible] *ceptor docens & non faciens quidquam mihi prodest.* Item, *Corpus totum animo servit, tota Respublica Regi.* Seneca Epist. 108. Sic *Ferdinandus Imperator* apud Reusnerum; *Boni viri & boni viri* [illegible] *est origo inquirenda.*

7. *Septimum Præceptum*: Ut acuta sit oratio, simile ita ponatur, ut sit per modum *Apod*[illegible]

ex. g. *Non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit: nam & Cervis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus.* Plutar. Et, *Non accepimus brevem vitam, sed fecimus; nec inopes ejus, sed prodigi sumus: sicut amplæ opes, ubi ad malum dominum, momento dissipantur; at vero licet modicæ, si bono custodi traditæ sunt, crescunt.* Seneca.

8. *Octavum Præceptum*: Ut acuta sit oratio, ponatur veritas una, in qua, tanquam in fœcundo semine, lateant plures veritates: v.g. *Non dicat homo, non habet manus mea quod det pauperi: det ipsam manum pauperi; & plus erit ipsam dedisse manum pauperi, quam nummum.* Chrysolog. Et, *Hoc habet virtus boni, quod stemma non inspicit: Platonem non accepit Nobilem, sed fecit.* Seneca Epist. 44.

9. *Nonum Præceptum*: Ut acuta sit oratio, ponatur aliquid magnum, quod sit velut *Paradoxum*, insolitum, inexspectatum: & hoc ex modo dicendi, vel rerum combinatione, maxime vero fit per contrapositа. Sic v.g. *Peccator cum terra sit, in Cœlum pugnat; cum fœnum sit, cum igne bella gerit; cum lutum sit, adversatur ei qui illum finxit.* Chrysostom. Item, *Actum est, ut Author seculi seculo teste moreretur; & à mundo, mundi Dominus prius per pœnam quam per gloriam nosceretur. Pax cœli traditur doli osculo; tenetur tenens omnia; illigatur omnium nexus; ducitur attrahens universa; à falso accusatur veritas; sistitur cui assistunt omnia. Judæi gentibus tradunt; reddunt gentes Judæis: sicque commercium fit impietatis pietas, & sanctitas in nundinas crudelitatis producitur; flagellatur remissio, condemnatur venia, illuditur majestas, irridetur virtus, perfunditur sputis largitor imbrium, clavis ferri cœli stater affigitur, mellis dator cibatur felle, propinator fontium potatur aceto.* Idem de passione Christi.

Deci-

10. *Decimum Præceptum*: Ut acuta sit oratio, po natur sæpe concors discordia inter *Subjectum* *Prædicatum*, seu aliquomodo disconvenientia quia cum Acumen omne ideo gratum sit, qui admirationem parit & delectationem; videlic delectationem convenientia, disconvenientia a miration em dabit. Hæc autem concors discord nascitur ex Tropis & Figuris, maxime *Metaph ris*, *Metonymia*, *Antonomasia*, *Allegoria*, &c. hæc de Acuto, atque adeo de Inventione.

CAPUT II.

DE DISPOSITIONE.

POsteaquam quid dicere possis inveniſti, turaliter sequitur scire, quo ordine dicere beas; ordo enim ubique anima rerum est: & ill sequentibus edocetur.

QUÆSTIO I.

Quid Dispositio, quotuplex, & quid Oratori disponendum.

Dispositio quid. Duplex. Naturalis.

RESP. I. Dispositio est rerum inventar in ordinem positio. Duplex est: alia Nat ralis, cum quis eo ordine de rebus disserit, q factæ sunt, aut quo fieri secundum Naturæ leg solent. Ut si laudares aliquem, & *Pueritiam* p mo, deinde *Iuventutem*, tum *cæteros ætatis grad* traderes.

Artificialis.

Alia Artificialis, quæ, voluptatis gratia a utilitatis, diversimode res miscet ac confundi rejiciendo initium in finem, & finem in initium ut ita oblectet & suspensum teneat Auditorem pendentes enim Auditorum animi ex inopina eventu plus hauriunt jucunditatis. Sic disposu

Æneidos dispositio Virgiliana.

Æneidem suam *Virgilius*, in quo narrat Æne

disce

discessum in Italiam non eo ordine quo incepit. Sic ordinavit *Argenidem* suam *Barclajus*. Sic faciunt omnes ii qui Tragœdias & Comœdias per successus deducunt inexspectatos.

RESP. II. Orator, habita propositione, videat primo, an simplex sit, an partes habeat propositio; & quæ pars primo, quæ secundo loco sit ponenda vel tractanda potius. Secundo, ex inventis pauca ea quæ meliora argumenta seligat, & valida quidem initio, debilia in medio, fortissima in fine Orationis collocet; quia initio statim Auditor rerum cognoscendarum avidus præoccupari debet & convinci, in fine vero valide confirmari & impelli. Robustiora autem argumenta sunt ex *Definitione*, ex *Partibus*, ex *Genere*, ex *Causis*, ex *Effectis*, quia naturam rei explicant: Minus ponderis habent quæ ex *Adjunctis* levibus & aliis *Conjecturis* sumuntur. Tertio, Rationes & Argumenta disponat sibi Dialectice, primo in Syllogismos, deinde videat quomodo oratorie eadem tractare possit. Quarto, videat in quot partes Orationem debeat distribuere. Sed de his infra clarius.

QUÆSTIO II.

Quomodo Argumentatio Dialectica facienda.

RESP. Argumentatio est Argumenti dispositio seu explicatio. Constat, cum perfecta est, tribus propositionibus; quarum, quæ primo loco ponitur, vocatur à Dialecticis *Major*, à Rhetoribus *Propositio*: quæ secundo loco ponitur, vocatur à Philosophis *Minor*, ab Oratoribus *Assumptio*: quæ tertio loco ponitur, dicitur à Dialecticis *Conclusio*, à Rhetore *Complexio*. Et hæ tres Propositiones, quando ordinate ponuntur, vocantur *Syllogismus*; quem formare debes ex

Argumentatio Dialectica quid.

Propo-

Propositione tua, & Causſa ejuſdem à te inventa. v.g. Propositio tua fuit, *Clodius jure eſt occiſus*; Argumentum seu Causſa inventa, *Qui fuit insidiator.* Jam forma syllogiſmum ita: Accipe Causſam hanc, & conjunge illam cum *Predicato* Propositionis tuæ, dicendo, *Insidiator jure eſt occiſus*; & ecce *Major.* Accipe deinde *Subjectum* Propositionis tuæ, & conjunge cum Causſa eadem, & dic, *Clodius fuit insidiator*; & in prompto eſt *Minor.* Denique, pone ipſam Propositionem tuam, dicendo, *Ergo Clodius jure eſt occiſus*; & fiet concluſio, atque adeo totus *Syllogiſmus.* Sic fac in aliis. Semper autem cogita quibus rationibus, aut exemplis, aut ſententiis, aut ſimilitudinibus *Major* vel *Minor* confirmari rurſus queant, maxime ſi probabiles tantum ſunt & verobiliores. Nam ſi veriſſimæ ſint, non probandæ ſed exornandæ ſunt. Ubi hoc feciſti, jam cogita, quibus modis oratorie eoſdem Syllogiſmos trades.

Argumentandi praxis.

QUÆSTIO III.

Quî ſunt modi Argumentandi Oratorie.

Aliquot modos uſitatos tractandi Argumentum oratorie hic pono.

1. Argumentandi oratorie modus. An ob ſcelus Rex dejiciendus Regno. Contra Regem.

PRIMUS MODUS. Solet diſponi Syllogiſmus eo ordine quo à Dialecticis ponitur; ita prius *Major* ſit cum ſuis rationibus ac confirmationibus, ſecundo *Minor* itidem cum ſuis rationibus, denique *Concluſio.*

Exemplum. Fingamus Regem quempiam occidiſſe fratrem Principem ex ambitione regnandi; & fiet Propositio, v. g. *Rex dejiciendus eſt.* Ratio, *Quia ſceleſtus eſt.* Pone Dialectice ſic: *Sceleſtus nobis in regno ferendus non eſt. Rex eſt ſceleſtus. Ergo in regno ferendus non eſt. Ratio Ma-*

ris; Quia famam læderemus noſtram apud exteros, apud quos honeſti & virtutis ſtudioſi audivimus; nunc ſceleris patroni & ſervi diceremur. *Ratio Minoris*; Fratrem occidendo fraudulenter ex ambitione, in nos, & in naturam injurius fuit. Oratori v. g. ſic tractari poſſet.

Elaboratio. Eoſne tandem, Cives noſtri, in ſcelerum amore progreſſus ſecimus, ut ſceptrum deferri ſceleri ſuper capita noſtra & libertatem non erubeſcamus? Itane inter ſceleratos ut cenſeamur, Principem in ſcelere, ſcelus in Principe diutius venerabimur? Miſeret me, proh dolor! Cives N. miſeret me gloriæ noſtri nominis, quam Majorum noſtrorum emptam ſanguine, ſic temere apud exteros incuria noſtra prodigimus, ut qui antea virtutum Patroni, nunc ſceleruin mancipia audiamus. Ecquid dicent finitimæ, quid remotæ nationes? En, inquiunt, viri quorum rebus cum virtute geſtis orbis anguſtior erat; qui amplecti noverunt nihil, agere nihil, niſi quod limites vel attingeret vel non excederet honeſti: Ecce eouſque in malitiam delapſi, ut projecta verecundia ſcelus in throno adorare non pudeat. Et quæ cæterorum civium facies, quis procerum honor, ſi turpitudo in Diademate ſic volentibus triumphat? Certe non poſſunt ſcelera non diligere, qui ſcelera pati & honorare voluerunt. Et haberet fortaſſe umbraculum utcunque immanitatis ſuæ Rex noſter, ſi minoris ſubſellii ſcelus cruentis manibus perpetratum poſſet gloriari: ſed in Principem fratrem, liberis omnium noſtrum vocibus ſceptro admotum, crudeliter ſæviiſſe, quid aliud eſt quam nobis & naturæ bellum indixiſſe, atque omnium genium una hac impietate offendiſſe tribunalia? Revera ſi ab aurora recte diem deſcribimus, poſſumus non vani augures ominari, quem nobiſcum

Major. Ratio Majoris. Minor. Ratio Minoris. Comprobatio.

cum sit acturus *Neronem* is, qui crudelitate
suam suorum sanguine incepit saginare, & i
Tyrannidis suæ initium fecit; ubi finem cæte
Quapropter evigila, generosa Regis progenies,
si nominis tuæ, si gloriæ publicæ injuria v
neraris, throno scelus dejice. Audiat orbis, a
diant posteri, scelus in Regno fieri potuisse, i
pune abire in Principe non potuisse.

2. Argumentandi oratorie modus.

SECUNDUS MODUS. Interdum Ora
primo loco ponit *Minorem* cum ejusdem rat
nibus; deinde *Majorem* & rationes illius; tand
Conclusionem.

Pro Rege.

Exemplum. Sit Propositio priori cont
ria, v. g. *Rex de Regno nec dejiciendus nec occid
dus ob commissum piaculum.* Ratio est, *Quia
faciendo famam nostram offenderemus.* Pone D
lectice ita; *Famam nostram lædere cives non d
mus. Sed si Regem throno detrudimus & occidim
famam nostram lædimus. Ergo Regem neque
throno dejicere*, &c. *Ratio Majoris*; Quia fama
vitiæ publicæ nostræ, & nobile Reipublicæ
trimonium est, quod singuli curare debem
Ratio Minoris; Quia hactenus laudabamur, qu
nunquam Principem dejecerimus aut occid
mus: ab hac gloria jam cademus occidendo
gem. *Comprobatio*; Quia Majores nostri m
etiam Principes habuerunt, & tamen tolerar
Oratorie v.g. sic tractabis.

Minor.

Elaboratio. Optarem, Cives nostri, ut
posteritatem oculos conjicerent illi, qui c
deli suffragio non è throno duntaxat Pri
pem, sed è vita, exsecrando prorsus & ausu n
rio, deturbandum decreverunt; adverterent
que, majorem nostro nomini maculam sua te
ritate, quam patientia Principis infligi. Fuit e
hactenus ea gloria præcipue nostra, in pe
ribus nobis libere Reges, non in cunis nasci;

Ratio Minoris.

tos autem nullibi majori veneratione haberi; nec audivit unquam orbis, Ducis sanguine nostras manus cruentatas fuisse: quod sicut supra reliquas nationes præconiũ singulare est, ita nostro studio perennare deberet. At modo si manus Principi injicimus, nonne de fastigio commendationis dejiciemur, & parricidæ cum reliquis perenni sarcasmo condigne celebrabimur? Vel Majores nostros respicite, & ab eorum vestigiis recedere vobis sit religio. Utcunque illi heroës in solio, homines tamen habuerunt, quorum omnium sine vitiis vitam fuisse, & neminem scelere thronum oneravisse, mihi verisimile non est; ferre illi nihilominus sceleratum, quam tollere, & nimia potius pietate peccare quam furore voluerunt. Comprobatio.

Quid degeneres igitur famam dilapidabimus? quid in Rempublicam crudeles cruenta machinari sustinebimus? Nos, qui gloriam, veluti publicas omnium divitias, & nobile regni patrimonium, inter principes curas habere ab ipsa honestate compellimur; & alii quidem gladiis, alii rectè factis, alii justitia, alii clementia, tanquam quoddam honoris ærarium, debemus comportare. Major cum Ratione.

Fuerit Rex in fratrem scelestus; nos in Principem sceleratos præcipitatio non faciat: nec rideat æternitas, scelus alio scelere à nobis fuisse vindicatum. Habeat locum apud nos Sapientum parœmia; *Principem si bonus est, audi, si malus, tolera.* Conclusio.

TERTIUS MODUS. Solet non raro *Conclusio* primo loco poni, & huic *Major* aut *Minor* subjicitur per particulas *enim*, *propterea*, *idcirco*, *quapropter*, *&c.* Et si sequitur aliud Argumentum, *Conclusio* vel jam non repetitur, vel si necesse est, repetitur. Quod si oratio brevis sit, ut sunt 3. Argumentandi oratorie modus.

ple-

plerunque noſtrates vernaculæ, ponitur denu communiter Concluſio, ſed aliis verbis.

Gratiarum actoria Dignitatis oblatæ.

Exemplum. Sit oratiuncula gratiarum actoria, cujus Propoſitio eſt, *Debeo tibi magnas gratias:* Ratio, *Quia dediſti mihi dignitatem, omiſſis aliis competitoribus.* Pone dialectice ita; *Cui datur dignitas, omiſſis competitoribus aliis, is magnas debet gratias. Sed mihi*, &c. *Ergo.* Orator ſic.

Concluſio.

Elaboratio. Gratiæ, Sereniſſime Rex, quas p collata dignitate Majeſtati Tuæ debeo, tan ſunt, ut ne verbis explicari, minus multo reſ à me unquam poſſint; cogorque neceſſitate actus, quod *Socrates* olim *Platoni* fecit, coram S reniſſima Majeſtate Tua uſurpare: Qui cum rem beneficiis facultatem apud ſe non reperi inopiam ingenue profeſſus, *Socratem*, exclam vit, *pro beneficiis, ô Plato, accipe.* Non aliter e amplioribus ornatus muneribus, ſiquidem nuitas Regiæ gratiæ non ſufficit, me meoſq tuæ Majeſtati perpetuum devotos in pretium

Major.

neficiorum adnumero. An enim grandi ob quiorum debito obæratum ſe non ſentiat is, quem de regia liberalitate promanavit hon multorum obvio ſinu captatus, multorum p

Ratio Major.

cibus quæſitus? Certe cumulatur gratia ex tis & deſideriis aliorum, & in uno duplex p lulat beneficium, quando & petito honore ex

Minor.

naris, & ornato æmulis longe anteponeris. Ec vero aut obſcurum aut dubium, quanti v quam bene de Majeſtate Tua, quam egregi

Cum Ration.

Patria meriti, hanc præſentem dignitatem & tis ad ſe, & precibus tam ſuis quam ſuorum p vocaverunt, cum quibus ego, ſi in contention venire debeam, vix ullatenus meritis poſſ comparari? Sed tua Majeſtas Sereniſſima a mum meum ſemper Majeſtati Tuæ, ſemper

publicæ devotissimum adspexit, humanitateque ac clementia, quod tenuitate defuit, liberalissime explevit. Quid jam pollicear, nisi sollicite elaboraturum, ut apud ingratum animum non collocavisse beneficium videaris? Me igitur meaque studia, meos, meorum obsequia, ad nutum & voluntatem Serenissimæ Majestatis tuæ humillime depono: Libeat imperare, & vitam nobis imperiis tuis meliorem esse experieris.

Conclusio repetita.

4. Argumentandi oratorie modus.

QUARTUS MODUS. Aliquando ponitur primo loco *Major* cum suis rationibus, secundo *Conclusio*, tertio *Minor*; quarto, si videtur necesse, repetitur *Conclusio* verbis aliis.

Gratulatoria de adventu viri mag.

Exemplum. Si v.g. gratulari velles in adventu viri magni & Regis cujuspiam Legati, hanc faceres Propositionem; *In Tuo adventu ad nos est gaudendum*: Ratio, *Quia vir magnus es.* Pone Dialectice ita; *In adventu viri magni gaudendum est. Tu vir magnus*, &c. *Ergo.* Oratorie sic proferes.

Major.

Elaboratio. Nec sidera sine orbis gaudio, nec magni viri sine animorum serenitate transire possunt, N. N. Eam illis legem natura dixit, ut esse non possint, nisi prosint: Hanc pulcherrimam necessitatem virtus imposuit, ut magnis esse nullibi liceat, nisi ad minores favor & clementia inclinet. Utinam liceret hodie vel de lucida *Momi* fenestra omnium nostrum animos vicinius contemplari, videres utique amorem cum timore, gaudium cum tristitia, vota cum eloquentia, non ineleganti conflictu in pectoribus nostris concurrere: Ut quando Te magnum hospitem salutamus, adhuc an Te metus noster amet, an amor Majestatem timeat, an gaudium de sua tenuitate tristetur, an tristitia de tuo adventu gaudeat, an vota perorent, an eloquentia faveat, dicere non possimus. Toti gaudium fieri, toti

Ratio Major.

Conclusio.

amor,

amor, toti votum, toti eloquentia volumus, t
animorum de Te affectus coram Te digne e
plicemus.

Minor cum suis probationibus.

Et sane Te magnum esse non stirpis solu
claritudo, non prudentia singularis, n
omni humanitate mores, non virtutes du
taxat cæteræ perorant, quas nisi mode
vulnera timeret, in lucem facile præeunte
ma produceret facundia: sed totius Regni
dicio Te magnum veneramur, quod c
hos dignitatis radios in Te posuit, Orbi
Sidus suum proposuit. Magnum Rex noste
dicavit, cum arcanorum Te conscium, & n
consilii non semel arbitrum voluit. Magnu
quando Te personæ suæ capacem, iterum at
iterum ostendit; & hanc non per Germani
tantum & Britanniam, &c. circumferre, sed
jam in Regni sui ambitu dedit, ut foris & d
Magnus haberere. Magnum Te & litteræ no
fatebuntur, vel ex hac submissione Tua, qua i
strem vultum & excelsum animum ad nostr
tenuitatem tam benevole inclinasti. Magnos
quidem se demittendo crescere, nemo nostr
est qui ignoret.

54 Argumentandi oratorie modus.

Quintus Modus. Aliquando omi
tur *Major*, & ejus loco ponitur *Ratio Majoris* c
suis comprobationibus; deinde *Conclusio*; tand
Minor cum suis probationibus; & ultimo *C*
clusio repetita. Pro hoc vulgare accipe

Cónsolatoria in morte amici.

Exemplum. Sit Propositio; *Non debes in m*
amicorum graviter dolere. Ratio est, *Quia mor*
commune malum. Pone Dialectice ita; *In com*
ni malo graviter dolendum non est. Sed mors am
rum est commune malum. Ergo, &c. Ratio M
ris est, *Quia malum commune vitari nequit.* Or
rie sic tractabis.

Ratio Majoris.

Elaboratio. Quod vitari nequit, patienter
rend

endum esse, Sapientes existimavere. Ita enim it ut alienum malum à nobis videatur, cum non entitur. Male igitur profecto agimus, si ani- num nimio mœrori ob amicorum discessum da- mus, & veluti eodem funere lætitiam cum ami- is tumulamus. Non enim hoc malum ad unum liquem refertur, unum petit, unum premit; sed n omnes pariter grassatur, universos affluit. Ii nim quibuscum vivimus, quorum vita fruimur, uorum usu oblectamur, omnes eadem condi- ione devincti sunt, omnes mortalitate damnati. nfirmum enim & debile hospitium animus no- ter incolit, quod & intra se pugnantia hostiliter lementorum bella alit, & plurimis aliunde naximisque periculis oppugnatur. Perque egre- ie Seneca; In hoc multi erramus, quod mortem mquam venturam præstolamur; magna pars lius transiit, atque hoc ipsum quod vivimus nors est. Divide igitur dolorem omnibus, quem communi acerbitate Fortunæ tibi assumpsi- i: eodem in cursu sumus iidem, omnibus tole- ndum est; neque recte factum judica, si ani- um doloribus nimiis discerpendum ultro con- fferis.

Com- proba- tio.

Conclu- sio.

Minor.

Ratio Mino- ris.

Confir- matio.

Exorna- tio.

Conclu- sio repe- titur.

SEXTUS MODUS. Frequenter omittitur *ajor*, & ponitur solum *Minor* cum probatio- bus, & *Conclusio*. Dicitur hæc Argumentatio *thymema*, cujus prima pars vocatur *Antece- ns*, altera *Consequens*. Ponitur vero sicut placet, primo loco *Antecedens*, deinde *Consequens*; vel ntra.

6. Argu- mentan- di ora- torie mod us.

Exemplum. Sit Propositio; *Iuvenes rigida disci- na coërcendi non sunt*: Ratio, *Quia rigore non fiunt liores, sed pejores*. Dialectice, omissa *Majore*, ne sic; *Rigore disciplinæ pejores fiunt juvenes: go sub rigida disciplina habendi non sunt*. Orato- sic, v.g.

Iuven- tuti in- dulgen- dum Suaso- ria.

Ela-

Consequens. *Elaboratio.* Erras, & vehementissime erras, disciplinæ severitate & timore juventuti, rectæ liquæ ætati consultum existimas. Nam in ciem mitigari videntur, austero animo re efferentur. Invoca experientiam, & ad sui libertatem dimissos, eos plerumque pessimos veneris, qui graviori sub disciplina juventu egerunt. Veluti enim aquæ objecto aggere centur utcunque, & collectis fluctibus quiesc ubi vero obicem fregerint, diuturnitatem ferociori impetu compensant; sic juventus crudis pressa imperiis, posteaquam legum cla egreditur, insolentius efferveseit, & non con antea Sirenum illecebris, animos plenissimi natibus immergit: nitimur enim in vetitum per, & ardentius negata concupiscimus. animi morbum melius aliqua indulgentia veris: nam, ut optime *Naso* illud naturæ pendium,

Antecedens. Ratio.

Exornatio à simili.

Quod licet ingratum est, quod non licet urit.

—— Ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.

7. Argumentandi oratorie modus.

SEPTIMUS MODUS. Ad *Herennium* modus à *Cicerone* præscribitur: ut primo, tur *Expositio* seu res probanda; secundo, *Ra* na seu plures; tertio, *Comprobatio*; quarto, *natio* seu *Illustratio* à *Contrario*, vel *Exempl* *Simili, Testimonio, Sententia*, &c. quinto, *plexio*, in qua totum colligitur. Modus h cillimus est, & ad oratiunculas extempo aptissimus.

Mediocris malitia juveni nõ nocet. Per suasoria.

Exemplum. Sit Propositio; *Brevis mali petulantiæ non nocet juventuti*: Rationes; *non ideo dicentur statim mali esse: Quia homo semper esse non potest: Quia & Sol suas habet las.* Comprobatio; *Et hi qui modo senes fu*

tulantes fuerunt dum juvenes essent. Exornatio à Testimonio, quod Poëta quidam dixerit; *Ver ex anno tollit, qui ex juventute petulantiam*: A Sententiis; quod *Quævis ætas sibi convenientes debeat habere mores*: A Contrario; *Turpe est senem juveniliter agere; ergo & juvenem instar senis graviter*: A simili; *Nam recens cerevisia nisi insaniat, & fæces depellat, nil valet inposterum.* Oratorie sic v.g. tracta.

Elaboratio. Perfunctoria & brevis malitia quid damni tandem Juventuti importaverit? An ideo aquam bibunt *Hispani*, quia vinum diluunt? aut ii una caleat dies, ætatem statim censebimus? & quis mortalium omnibus horis sapiat? Solem adhuc tam felicem non vidimus, ut diem interdum euntibus sursum terræ marisque sudoribus non maculaverit; & in juvenum vita minimum nævum tam religiose perhorrescimus? Quamquam, (ignoscite liberius dicenti) pridem & nos vera rerum vocabula amisimus; & quod petulantia est, malitiam novo Cæpino appellamus. Quid enim est deambulatione socia plateas coronare; uno vini vel mulsi oculo cum sociis indecoram juveni tristitiam mergere, vel amissas revocare vires; ludicro certamine alterum alteri cæsariem vellere, brachia brachiis amico prælio fatigare; non perpetuo doctorum in cœtu plantis terram premere, nec semper lucubrationibus invigilare atque libris palleſcere; aliquando risui, salibus, saltibus indulgere; quid, inquam, aliud, nisi juventutis fundimenta, sunt, & defæcantis se ad maturiorem ætatis certamina? Nimirum, nisi instructa prudentis scena Saturnum induas, nisi damnatis perpetuo ad terram oculis lapides omnes & pulverem computes, nisi deposita in humeros cervice devotionis larvam præferas, Gyaros jam & ulti-

Expositio. Rationes.

Comprobatio.

ultimam Thulen vitiosus promeruisti. O rigidos juventutis Catones! O Censores Manlio judic dignissimos! vel ipsi suam relegerent juventu tem, discerent utique ex pristina stultitiæ su indulgentia ad nostram aliquantisper conniver nec auderent violato juventutis privilegio nat ram arguere, cum idem sit (ut bene Vates ce nit) Ver ex anno, petulantiam ex Juventute t lere. Habet suos quælibet ætas limites; & sic vestimenta corpori, ita mores annis congru necesse est. Si vero puerilem senem ridemus, non æquali arbitrio juvenem vetulum dete mur? Et quæ hæc crudelitas est, in aurora æ tis, gravitatis meridiem desiderare, & dum prudentiæ crepusculum adfulget, plenum pientiæ diem exigere? Equis certe juvenci in primorum annorum libertate incuriosos petus effundere conceditis: & adeo cœcæ m tes, quod in cæteris animantibus videtis, in stris pignoribus aut negligitis, aut nescitis? tem ex cerevisia (ut mitissime dicam) verita bibite: hæc nisi à coctione juvenis petul tumultu auram, dolia, cellaria misceat, nec stui nec valetudini, ubi maturuerit, prodesse terit.

Exornatio. à Testimonio. à Sententiis. à Contrario.

Hic *Complexio* poni posset, in qua hortatio ret, ut boni consulatur, ubi juventus pet fuerit.

8. Argumentandi oratorie modus.

OCTAVUS MODUS fit per *Inducti* Est vero *Inductio* Oratio quæ præmissis non biis, infert ex iis unum aliquid. Duo in illa servanda sunt. Primo, ut ea quæ præmittu sint certa: Secundo, ut id quod infertur sit missis simile. Hæc *Inductio* familiarissima Oratori, & ad ornandum illustrissima. *Sua instillat*, inquit Causinus, *& probando dele & , si rerum quæ inducuntur magna sit multi latißimum præbet campum orationis.*

Exemplum. Sit Propositio, *Homo à se debet commendari, non ab extrinsecis bonis*: Ratio, *Quia & navis, & gladius, & regula à se, non ab ornamentis suis commendantur.* Oratorie sic tractat Seneca. Commendatoria per Inductionem.

Elaboratio. Navis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui rostrum est aureum, nec cujus tutela ebore celata est, nec quæ fiscis aut opibus regiis pressa est: sed stabilis & firma, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, & consentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus est balteus, nec cui vagina gemmis distinguitur: sed cui ad secandum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Regula, non quam formosa, sed quam recta sit quæritur, quodque illi proprium est laudatur. Igitur in homine quoque nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum fœneret, à quam multis salutetur, quod pretioso incumbat lecto, quam pellucido bibat poculo; sed quam bonus in se sit, &c.

Huc quoque pertinet illud Legatorum Scytharum, probantium Alexandro non esse nimis fidendum magnitudini atque fortitudini, per *Inductionem*, sic: *Quid? Tu, inquit, ignoras, arbores magnas diu crescere, una hora exstirpari? Stultus est qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit, & ferrum rubigo consumit. Nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido.* Curtius.

NONUS MODUS est argumentari per *Exemplum.* Est autem *Exemplum* imperfecta inductio, seu argumentatio ab uno simili ad aliud. Fit duobus potissimum modis: Primo, per *Protasin* & *Apodosin* rem explicando. Ita hæc propositio, v. g. *Dux belli debet litteras amare, sicut Iulius* 9. Argumentandi oratorie modus.

Cæsar fecit; tractetur sic: *Iulius Cæsar bellicis victoriis, quam nomine, clarior, tanto studio est litterarum amplexus eruditionem, ut gladium sæpe calamo permutarit, & manum qua palmas hosti eripiebat stilo imbueret. Quis ergo Principum, quis Imperatorum litteras convenire bello negare potest? imo sanioris uti consilio non detrectaverit, si omnes boni Principis partes explere cupiet, has magno studio sedulus exercebit*, &c. Secundo, argumentamur a exemplo, quando post narratum illud, rationes probantes vel reprobantes ei subjicimus, ita sicut in cæteris orationis partibus facimus; post rationes vero subjunctas, rem ad nostram causam referimus, & in illa aut paritatem aut disparitatem ostendimus. Hic modus quotidianus est venustus. Sed observa, pulcherrimum esse usum *Exemplorum* (& idem de *Sententiis, Apophthegmatibus, Hieroglyphicis*, &c. dictum volumus) quando per illud sive ab initio, sive in aliis partibus orationis, eum sensum exprimimus, quem aliis nostris verbis exprimere deberemus. v. g. Velle dicere, *Cavendum est, Iudices, ne præmiorum ad Tribunalia accedatis*. hoc exprimerem Exemplo; *Agathocles iturus ad Iudicem dicebat, Eam ad auream messem*: Deinde subjungerem rationem, quam essem subjuncturus meæ propositioni; v.g. *Improbe id quidem, qui ab alienis malis ditari voluit*. Plutarch. Postea idem latius probarem & amplificarem. Possem etiam loco hujus exempli uti illa sententia, v.g. *Non tanquam ad nundinas eundum est iis, qui Magistratus sibi à Republica habent commissos*. Eidem sententiæ subjungeres rationes & probationes utiliores. Diligenter tantum attendendum est, ut exemplum aut sententia illum ipsum sensum significet qui eo in loco exponi debet. Solet exemplum & similici modo brevissime poni: v. g. sic; *Iulii Cæsaris fata exspectent Tyranni*, &c.

Agathocles iturus ad Iudicem.

APPENDIX.

Appendix. Ad Tyronem monitum.

Etsi modi prædicti oratorie argumentandi summe utiles sint, & in praxi quotidiana proficui; Tyro tamen sciat primo, non semper per dispositionem oratoriam ita argumentum dilatari; sed aliquando, sive in membra, sive in unam sive in duas periodos, Argumentum cum conclusione compingi, atque ita commisceri, ut distincte evidens non appareat. v. g. *Si rotas omnes & omnem suppliciorum crudelitatem promeruit ille, qui, depositio filii animo, in amantissimam Patriam sævit viperino affectu; quid tu pœnarum exspectare debes, Catilina, qui dies noctesque ad excidium Reipublicæ invigilas; & quasi bonos sustulisse parum sit, aris etiam & Deorum templis interitum machinaris? &c.*

Sciat secundo, quod quando *Conclusio* ex antecedentibus satis intelligitur, tunc ab oratore *Major* aut *Minor* tractari tantum debeat. Nam post singula argumenta Conclusionem repetere, esset molestam crambem recoquere. Imo vero ut fastidium & satietatem evitet, non eodem semper elocutionis passu Argumenta tractet; sed nunc rotundo circuitu ac paribus membris circumscribat, modo longioribus ambagibus diffundat orationem, modo in commata ac membra scindat.

Sciat tertio, omissum esse à me *Dilemma* (quod est cornutus Syllogismus, seu Argumentatio ab utraque parte concludens) eo quod minus frequens sit apud oratores, & à Syllogismis nihil differat, nisi quod hic duæ partes ponuntur: verbi gratiâ; *Vel verus est timor, vel falsus: si verus, discedo, ne opprimar; si falsus, abeo, ut aliquando timere desinam.*

QUÆSTIO IV.

Quomodo partes Orationis disponi debeant.

Orationis partes.

Ubi inventa in certum ordinem digessit orator, constituat apud se quas velit in oratione partes ponere. Quinque vero sunt secundum Ciceronis doctrinam partes; *Exordium*, *Propositio*, *Narratio*, *Confirmatio*, *Peroratio*: nam *Confutatio* in *Confirmatione* comprehenditur. Scias tamen non semper ponendas has esse: nam ingenioſus orator, sicut expedire videbit, aliquando *Narrationem* omittet, interdum *Exordium*, nonnunquam *Conclusionem*. Imo & *Confirmatio* saepe vix dignoscitur, quando nimirum res certæ sunt & non tam probantur quam ornantur, ut plerumque fieri assolet in officiosis oratiunculis *Gratulatoriis*, *Salutatoriis* & similibus. Si spectet *dispositionem Naturæ*, eo ordine debent poni partes orationis, quo paulo ante numeratæ sunt, nisi quod *Narratio* frequenter omittatur. Sed de singulis enucleatius loquendum est in sequentibus.

QUÆSTIO V.

Quid sit Exordium, & quale debeat esse.

Exordium.

Exordium est facies & atrium orationis, in quo orator animos sibi aptat Auditorum ad reliquam dictionem. Aptat vero tribus modis; videlicet, *Captando benevolentiam*, *Docilitatem faciendo*, *Attentionem conciliando*.

Captatio benevolentiæ.

Benevolentia captatur, seu favens redditur Auditor, vel ex persona ipsius oratoris, vel ex Auditorum ipsorum, vel ex Adversariorum, vel denique ex re & negotio præsenti. Ex *propria persona* captas benevolentiam, si te moribus Auditorum accommode

si modestiam præferas; si tua merita, dignitatem, virtutem modestissime enumeres (si enumerari debent.) Ex *persona Auditorum*, si eorum in Rempublicam merita, vel in te, vel in alios, aut dignitatem, aut virtutes enumeres. Ex *adversariorum persona*, si eorum vitia aperias, & Auditoribus infensos facias, modeste tamen & quasi injuste criminando eos: non enim gravis criminatio forte esset placitura. Ex *negotio* seu *re proposita*, si dicas rem celebrem esse, necessariam, utilem, &c. *Docilitas fit*, cum clare orator aperit quid, & de quo, & quomodo dicturus sit. *Attentio excitatur*, cum dicit se dicturum de magnis & mirabilibus, de jucundis, necessariis, pertinentibus ad Auditores, &c.

Docilitas.

Attentio.

Vitia Exordii sunt, primo, si sit *vulgare*, hoc est, quod in diversis caussis usurpatur. Secundo, *longum*, quod magnitudini orationis totius non quadrat, & quasi verbis obesum intumescit. Tertio, *separatum*, quod cum reliquis orationis partibus non bene cohæret. Quarto, *translatum*, quod non efficit hoc quod caussa postulat.

Vitia Exordii.

Bonum Exordium est, quod elegans & venustum est, aptum rei propositæ, verbis & sententiis concinnum, faciens Auditorem docilem & benevolum, & à quo non violentus nec coactus, sed facilis & connexus est accessus ad *Propositionem*.

Bonum Exordium.

QUÆSTIO VI.

Quomodo Exordia formari debeant.

Prolixe licet nimium in Exordiis occupetur Cicero, ut scilicet ejusmodi sint ex quibus Propositio connexe possit inferri: attamen hoc optime docebit optimus rerum magister Usus, & diligens

Exordium.

ligens obſervatio, quomodo authores exordia in ſuis orationibus confecerint. Solent tamen Rhetores certas formas præſcribere, ſecundum quas tyrones exordiri recte aſſueſcant; ex quibus quatuor tantum ſelectiores pono.

Exordiorum Formæ.

PRIMA. Ponatur primo, aliqua propoſitio ſeu *Protaſis*, à qua facile acceſſus fieri poteſt ad rem propoſitam. Secundo, *Ratio*, ſeu *Confirmatio*, quæ & *Refutationem* poteſt habere adjunctam; nam liberum eſt cuique dum confirmat vera, refutare falſa. Tertio, *Redditio*, ſeu *Apodoſis*, quæ alias Rationis corroboratio dicitur. Quarto, *Concluſio*, ſeu *Complexio Exordii*, quæ ponitur poſt *Protaſin*, veluti aliquid particulare poteſtque illi etiam ratio addi: & ſic jam fiet acceſſus ad Propoſitionem.

Exemplum. Protaſis.

Exemplum. Sit *Propoſitio*; *Volo famam meam quam læſerunt improbi, coram vobis, Auditores defendere.* ad eam ſic poſſes deſcendere: Nihil non violare ſolet malignitas, & adeo eximium reperiri poteſt nihil, quod non è veſtigio a Theonino dente arrodat, aut nigro contumelia ſarcaſmate conſpuat. Accidit hoc ex infami ſæculi noſtri genio, quo plerique jam ſine humanitate homines vivunt, & non contemnere duntaxat, quæ cum virtute fiunt, laborant, ſed quæ ad honeſtatis etiam regulam facta vel audiunt vel vident, verborum ludibriis, ſiquidem aliter non poſſunt, velut injecta caligine, opprimunt.

Ratio.

Rationis corroboratio.

Et nonne pedetentim eo delabemur vitio indulgentiæ noſtræ, ut improbi Momi familia indies incrementum ſumente, nos ſingulos tandem honeſti pudeat; ſiquidem ſcelera in triumpho cum plauſu ferri, virtutes ad exilia, ad ſannas, ad odia condemnari impune adhuc & intuemur & patimur? Noluiſſem ego primus hanc ſceleratorum Camarinam commovere, ſed procella quæ ſuper

Compl. Exordii.

capu

caput iterato fluctu incubuit, patientiam meam vincit, & nociturum me bonis arbitror, si malis ignoscam. Jam enim non fortunas meas invadunt, quod per se miserabile esset; non fundos diripiunt & ædes, quod nefarium; non vitæ inhiant & saluti, quod plus quam inhumanum: sed famam meam, sed honorem, sed opinionem, probo cuivis vita longe cariorem, aggressi, plenis convitiorum plaustris obruere machinantur. Ut igitur hæc improborum audacia per vos, sapientissimi Auditores, semel reprimatur, dabitis gratiam hodierna die, & me pro me dicentem brevissimi temporis humanitate donabitis.

Ratio Complexionis.

Accessus ad Propositionem.

SECUNDA. Intellige prius bene Propositionem tuam de qua dicere vis; deinde deduc ex illa *generalem Rationem*, quæ sit ex ipsis rei visceribus; tum hanc amplifica & exorna, jam per *Sententias*, jam per *Exempla*, jam per *Similitudines*, &c. tandem subsume Propositionem tuam, quæ sit quasi quædam particularis assumptio illius discursus generalis. Hæc forma Exordii in gravioribus orationibus communiter adhibetur, etiam in epistolis, dum rei de qua scribunt quosdam prius generales discursus ponunt, per modum accessus ad rem scribendam. Pro exemplo sit exordium orationis funebris olim in obitu cujusdam viri non ignobilis compositæ.

Exordii secunda forma.

Exemplum. Super omnes omnino mortales jussa & confirmata de cœlo vivit sententia, ut aliquando exeat, qui semel mundum intravit. Quemadmodum enim vivis aquis, sic morituris hominibus uno in loco consistere non conceditur. Trudit dies diem, annum devorat annus, fluctus fluctum depellit: non aliter plane, volentes aut nolentes, de transitoria vitæ transitione tandem migrare & discedere urgemur. Fovemus namque animum in nostro humano corpore,

Oratio-nis funebris Exordium.

teste *Seneca*, Deum hospitem: numquid vero Deus terram amare, quem alta trahunt? numquid hospes diversorio affigi debeat, quem sui repetunt per naturam? *Pegaso alato Solis equo hominem imponunt Ægyptii sacerdotes*; nimirum, quoniam tempus, quod volucri Pegaso exprimitur, portat quidem ac devehit hominem, tamquam equus sessorem, sed exigua mora per terram circumfert; mox enim quo loco non speraveris, quo tempore non exspectaveris, de terris sub terras, de vivis ad defunctos subducit atque exportat, &, more alitis fræno regi aut voce revocari non potentis, ex sensibus evolat, & non redi-

n Pegasus.

Accessus ad Propositionem.

turum discedit. Vellem cum vero pugnare mea oratio: sed nimium esse veram, Illustrissimus juxta ac Amplissimus Senator N. N. de ante menses luci Patriæque surreptus, exse probat ac testatur. Probat, inquam, exorta o cidere; probat intranti exeundum esse; prob animum nostrum in corpore non regnare, s peregrinari, non morari, sed hospitari. Fuit, teor, Vir ille ad summa omnia natus, ad summ designatus; cogente tamen inevitabilis necessi te fati, de summis vivorum apicibus ad ima mo tuorum sepulchra jussus est descendere. Abiit sella, Senator abiit, &c. Sed de funebri un fluentes oculos parumper transferte, & spectat duce itineris virtute, in Capitolium æternitat illustrius abiviisse, quam olim Barbararum ge tium triumphator urbem Romam invectus es intuebimini. Tu &c. O ventura olim posterita quem virum ante te habueris, quam absolutu imitationis exemplar amiseris, tecum poteris so licita expendere, &c.

Exordii tertia forma.

TERTIA. Pone prius sententiam contra riam tuæ opinioni, cum, vel sine ratione: secun do, pone tuam sententiam propriam cum ra

ne una vel pluribus, vel etiam sine ratione: tertio, solve rationem contrariam, si videbitur id necessarium esse, & fac accessum ad Propositionem; id est, pone sensum aliquem in præcedentibus locutionibus, à quo connexe Propositionem tuam aperte vel occulte inferas. ex. c. sit Propositio in aliqua oratione, *Nobili maxime convenit Sapientia.* Hanc ut deducas, pone primo contrariam sententiam, nempe, *Multi sunt qui putant Sapientiam ad plebeios tantum pertinere.* Ratio contrariæ sententiæ, *Quia Nobiles ad bellum nascuntur, non ad Scholam, & à fortuna commendationem habent.* Tua propria sententia, *Mala hæc opinio est & refutanda.* Ratio & solutio contrariæ, *Quia multum nocet orbi.* Accessus ad Propositionem, *Ostendam ergo Nobili maxime convenire sapientiam.* Oratorie sic, præmissis generalibus sententiis de mutabilitate judicii humani.

Nobili Sapientia proficua.

Nobiles ad bellum nati.

Exemplum. Nihil diu placet mortalibus, & alterno saltu honor & contemptus judicia hominum obambulant; quodque suam modo majestatem super capita cæterorum protulisse videmus, eversо rursum ordine, miserabilem dedisse ruinam, omniumque pedibus succumbere non uno experimento discimus. Credidisset hoc contingere potuisse quisquam, ut princeps bonum sapientia, in Regum hactenus palatiis dominata & templis, ad ignobile vulgus damnaretur? Ecce! jam illud vivimus seculum, quo factum prius inter funera ingeniorum dolemus, quam fieri potuisse arbitramur. Populi clamor est, & inter oracula orbis noster recensuit, eos, quos Majorum claritate illustres in mortalitatis theatrum natura produxit, manu, non lingua, pedibus, non ingenio indigere; atque adeo ab ipsa stirpis prosapia Marti, non Palladi initiari. Illos autem

Contraria sententia.

Ratio contrariæ opinionis.

qui ad tenuiorem projecti sunt sortem, apud Musas debere fortunam mendicare, & de caliginosa originis nube cum artibus emergere. Fatalis enimvero, & relabentis in barbariem seculi opinio, quæ consuetudine robusta, ne remedii tandem impatiens fiat, rationum robore profliganda est, atque in annuis sapientiæ encæniis pro sapientia perorandum. Dicam igitur, Auditores, in hoc doctissimo consessu vestro, & omnibus quidem congruere sapientiam, inprimis tamen Nobili, contendam, atque adeo, *Nobilem sine sapientia, oculum esse sine pupilla, ignem sine fulgore, sidus sine lumine*, demonstrabo.

Propria sua sententia, & solutio contrariæ.

Accessus ad Propositionem.

Exordii quarta forma.

QUARTA sumitur à *sententia* vel *dicto* alicujus, vel ab *historia*, vel à *fabula*, *consuetudine*, *legibus*, *Apophthegmatibus*, *Adagio*, *Hieroglyphico* vel ab *alia eruditione*. Tractari vero solet eo modo quo *argumentatio ab exemplo* tractatur. Exempla habes passim in *Mureto*, *Perpiniano*, *Vernulæo* & aliis; quapropter his immorari supervacaneum. In omnibus vero videndum, ut quam optime accessus ad Propositionem fiat.

Nota.

Nota vero quod aliquando hæ eruditiones sumantur ex Caussæ visceribus, id est, de eadem ipsa re de qua loquimur; & tunc facillima via est ad Propositionem. Aliquando sunt contrariæ rei de qua dicimus; & tunc tractantur per rejectionem. Ut plurimum vero adducuntur & tractantur per modum Similitudinis.

QUÆSTIO VII.

Qui sunt fontes præcipui Exordiorum.

Fontes exordiorum.

Ut omnis cura circa Exordium attenuetur duodecim fontes tantum indigitant meliores Rhetores, è quibus liberaliter exordia hauriantur.

Prima

Primus fons est, *Enumeratio Causſarum*, cum Orator causſas dat, cur dicat. v. g. Dicturus de laude cujuſdam Herois, ejuſmodi tibi faceres exordium. *Non debes mirari, quod ego dicam: Hæ me causſæ impulerunt,* (& hic causſas adducit) *Ergo dicam.* Sic *Cicero* pro *Roſcio*, item pro *M. Marcello.* Primus.

Secundus fons. Ab *Adjunctis perſonæ* vel Oratoris ipſius, vel Auditoris, vel illius de quo dicis. Exemplum primi. v. g. laudaturus aliquem ſic exordireris: *Majorem hic quidem Panegyriſten requirit Vir, tamen & ego loquor, ut adfectum meum & gratitudinem oſtendam, quia benefactor meus eſt.* Exemplum ſecundi. v. g. ſic: *Licet tenuitas mea mihi ſilentium indicit, veſtra tamen, Auditores, benignitas, qua ſoletis dignari dicentes, me allicit & invitat; Igitur loquar,* &c. Exemplum tertii. v. g. *Demoſthenem aliquem aut Tullium requiret hæc perſona, ſi pro Majeſtate laudari deberet; tanta enim & talia ſunt quæ ad laudandum in illa occurrunt: Dicam tamen, quia inſtar ſilentii erit, pauca dixiſſe, vel tenuiter.* Secundus.

Tertius fons. Ab *Adjunctis loci.* v. g. *Si loci dignitatem ſpectaſſem hodie, non dicendum hodie ſuſciperem,* vel, *à dicendo abſtinerem:* (& causſas ponit cur) *Sed ego magis veſtram humanitatem ſpecto, aut rei neceſſitatem: Ergo dicam.* Tertius.

Quartus fons eſt ab *Adjunctis temporis.* v. g. *Tempus deſiderat ut hodie dicam* (& causſas ſubjunge.) Quartus.

Quintus fons. Ab *Adjunctis perſonæ, loci, temporis* & *modi* ſimul. Exemplum habes in oratione ſecunda Mureti, ad quem te remitto, ſi lubet. Quintus.

Sextus fons. Ex *hominum affectu & opinione*: Nam aut lætantur homines, aut contriſtantur, aut dolent, aut iraſcuntur, &c. Et ita variabis exor- Sextus.

exordium pro affectu & opinione hominum. v. g. Dicturus de victoria Regis, diceres: *Communis gaudii ubertas, quo omnium pectora implentur, meum etiam inundavit, & in verba debuit emanare*, &c.

Septimus. Septimus fons. *Affectus quivis gravior*, quem secum orator adfert, sive ira, sive admiratio, sive dolor, sive gratitudo, (Sic Cicero Catilinariam incepit primam) sive per invocationem.

Octavus. Octavus fons. A *difficultate rei* de qua dicendum est. v. g. *Onus Ætna gravius humeris meis impositum est, cum de hac re dicere debeo*, &c.

Nonus. Nonus fons. A *purgatione sui*, vel ab *improbatione adversariorum*. v. g. Si alicui contradicturus diceres, tibi non placere illius sententiam; addictisque rationibus tandem tuam sententiam subjungeres. Vel si aliquem accusaturus diceres; *non odio aliquo privato, aut animo nocendi addictum id facere, sed boni communis amore, vel necessitate, vel justitiæ studio impulsum.*

Decimus. Decimus fons. Cum per *præteritionem* dicis posse te quidem multa de aliquo dicere, sed nolle omnia, atque ideo unum tantum eligere.

Undecimus. Undecimus fons. *Ex iis quæ jam præcesserunt* seu, *quæ ante jam dicta sunt vel facta*. Ut si aliquem accusaturus diceres; *Non hoc est tempus primum quo hic reus factus est, jam ante criminibus obnoxius erat; sed tolerari potuit, modo jam ultra tolerari non potest.*

Vltimus. Duodecimus fons. *Si compares & opponas sententias vel personas*. v. g. Si suadeas pacem, diceres: *Multi bellum & sanguineum laborem volunt, ego vero existimo pace nihil melius nobis esse.* Vel si conferas personas, sic: *Terorarunt quidem alii animo Viri & dignitate & doctrina maximi, quibus cum ego nullatenus conferri possum: quia tamen de Republica fermo, ego quoque loquar.*

Potest hic ultimus fons esse à *Similitudine*, ab *Eruditione*, à *Consuetudine veterum*, *Fabulis*, *Exemplis*, *Sententiis*, &c.

Quæstio VIII.

Quid sit Propositio, ubi ponenda, & qualis esse debeat.

Propositio est pars orationis, in qua orator proponit de qua re dicturus sit, & breviter hortatur Auditores ad se audiendum, si necessum est. Ponitur aliquando statim post *Exordium*, aliquando post *Narrationem*. Debet autem esse brevis, clara, & accommodata ad *Confirmationem*, ne aliud sit *Propositio*, aliud *Oratio*. Sed

Propositio quid. Vbi ponenda.

Adverte primo quotupliciter poni possit Propositio. nempe primo *Aperte*, quando orator clare denunciat de quo sit dicturus: secundo *Occulte*, quando vel res de qua est sermo nota est, & facile ex contextu patet; vel quando id quod probandum est, non tanquam pars separata ab *Exordio* ponitur, sed veluti membrum ejus adnexum insinuatur, probandum tamen ulterius.

Quotupliciter ponenda.

Adverte secundo, quod Propositio quando longior est, debeat distribui in aliquot partes, ut & orator rem clarius explicet, & auditor melius retineat. Sic *Cicero* pro Lege Manilia: *Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo esse dicendum.*

Quomodo distribuenda.

Quæstio IX.

Quid sit Narratio, quotuplex, & quomodo facienda.

Narratio est facti vel rei gestæ relatio. Duplex est: vel separata pars orationis, & communiter statim

Narratio quid. quotuplex.

ſtatim poſt *Exordium* ponitur, ut ex illa *Propoſi*
cum *Confirmatione* eliciatur: vel conjunctim cu
Confirmatione ponitur; quod fit in illis orati
nibus, quæ ad probandam rem, ipſius rei ge
explanationem aſſumunt. v. g. *Si probares gen*
ſum fuiſſe militem quempiam in bello, neceſſario
beres narrare geſta & facta in quibus generoſitat
oſtendit. Jam vero in illa narratione, quæ ut
parata pars orationis ponitur, debet res ge
breviter & ſimpliciter ſine exaggeratione nar
ri: In hac vero Narratione quæ Confirmation
intrat, facta & geſta magnis & collucentibus
borum gemmis, *Sententiis* & *Figuris* illuſtran
Præterea adhibentur *Diſcurſus*, *Æſtimationes*
ſti, *Sententiæ*, *Acumina*, *Amplificationes*, præ
tim ex *Similitudine* & *Comparatione*. Deniq
ubicunque *Protaſin* vel ex Hiſtoria vel Fab
conſtantem ponere voles, cui deinde ſubjun
applicationem, ibi debes *Narrationem* inſtitu
quod fieri poteſt in quavis parte orationis, e
Exordio; maxime tamen vigent hæ Narratio
in *Laudatoriis* & *Vituperatoriis* orationib
ubi aliorum virtutes & vitia narrare ne
eſt.

Vt ſit bona, obſerva. I.

Ut bona ſit Narratio obſervanda ſunt
Primo, ut res nota breviter in memoriam r
cetur, ignota prolixius narretur. Secundo,

II. narratio ſit morata, & affectibus plena;
eſt, ut habeat ſententias aptas & hominum
res exprimat, v. g. *Avari*, *Divitis*, *Superbi*,
Valent vero ad hoc *Hypotypoſes*, *Proſopopœiæ*
id genus *figuræ*, tunc ſcilicet, cum inducun
aliqui cogitantes, deliberantes, vel dicentes

III. quid naturæ ſuæ & propenſioni conforme. T
tio, ut ſit perſpicua & clara. Erit vero talis,
longæ verborum ambages evitentur; ſi nimia
rum perſonarumque multitudo non ponatur

uti uno impetu ; si *Parentheses* crebræ & longæ, & digressiones inutiles omittantur. Quarto, ut IV.
it probabilis : quod fiet, si *Circumstantiæ* con-
gruentes, *loci, temporis, personæ, modi* ponantur.
nsuper *Testimonia* breviter adducantur, licet nar-
ans ipse probus fuerit & fide dignus. Quod si
occurrat quid minus probabile, præmuniendum
st, sive Caussam addendo ; v. g. *Sprevit avarus*
ivitias, quia videbat sibi periculum imminere: Vul-
es contempsit uvas, quod cauda decutere non pote-
at: sive confitendo, si non potest defensio insti-
ui; idque aut simpliciter, sic; *Mirabile dictu, si fi-*
es adhibenda Poëtis: aut cum compensatione, sic;
Mirum est, sed tamen verum : aut ad testes appel-
ando, sic; *Caussam ignoro, sed ita viri graves asse-*
unt: sive petendo ab auditoribus ut in præsen-
ia fidem habeant ei rei, quam postea sis proba-
urus. Quinto, ut omnia narrata ad finem pro-
ositum spectent, ut ex ea probationes instituan-
ur. Porro hæc maxime in re narranda observet,
ersonas, rem, tempus, locum, modum, caussam, quæ
bique fere interveniunt : non omnes tamen hæ
ircumstantiæ semper exprimendæ sunt, sed
rout judicium sanum suggesserit.

Vitia Narrationis supradictis virtutibus con- Narra-
raria sunt : Nempe si sit de rebus notis prolixa, tionis
non plena affectibus, si incredibilis. Exem- vitia.
lum habes in *Miloniana Ciceronis*. Mihi placet
c ex *Causino* apponere nitidam Narrationem Cos-
fabrica Cosdroæ potentissimi Regis machina droæ
ystallina ; *in qua*, ut est apud Cedrenum, *mi-* Machi-
m dictu, Cœli immensitas, Solis cursus, Lunæ la- na.
r, & æternæ conversiones micantium syderum
rnebantur. Aderant quoque machinæ, è quibus vis
uarum exsiliret; quæ modo jubirent in imbres, mo-
rigescerent in grandines, modo tumescerent in
ctus, modo præcipitarentur in torrentes. Tum ve-

re

ro aër modo serenus, blanda velut Etesiarum a
nitate ridebat, modo nubibus obducebatur, furi
procellis, micabat fulguribus, minaci fulminum t
rore confundebatur. Ipse, quasi Deus aliquis, in
dio collocatus, ad nutum compositos cursus recur
que stellarum contemplabatur, pluebat, ningeba
nabat, fulminabat, permiscebat omnia. Simili
fecto ratione animus in capite, velut in arce, po
sedet & dominatur: Nunc, ut ait Plato, cupidita
gynæcea dispensat; nunc desideria, veluti volit
prodromos, emittit; nunc furiales irarum exercit
castris educit; nunc serena luce circumseptus
vius renidet; nunc variis affectuum turbinibus
circumstrepit. Atque cum talis & tantus ips
duas habet facultates omnium præstantissimas,
bus veluti manibus rerum apprehendit species,
tellectum dico, & Voluntatem: hac in amore
tur & odium; illo vera discernit à falsis, inve
capit, cognoscit, &, si acutior fuerit atque solu
vocatur Ingenium; cujus, Deus bone, quanta
citas! quam celeres motus & plane ignei! Vi
junctissimas terrarum partes peragrare? jam
gravit. Præcipis Oceanum tranare? jam trans
Iubes in cœlum evolare? jam evolavit. Cupis de
re? non potes; quos enim obices oppones? Pone
molem; penetrabit: pone claustra adamantina;
rumpet: pone cœlum; perfringet: ad extrema
que Naturam pervadet, & sic, quid extra est
tabitur.

Aliud Exemplum Narrationis. Ut quærat quando stylus ubi luxuriet, appono hic Epistolam insignem & delicatam ad *Picum Miran*lam, de *Paul. Vrsinii* filiolo; quæ sic incipit.

Fabius. *Filiolus est illi Fabius undecim annos natus,*
signi cum pulchritudine tum virtute; flavi
crines in terga molliter fluentes, alacres oculi, f
liberalis, vultus ingenuus, status elegans, de
habitus, atque is militaris.

Vt ergo discubuimus, canere quædam jussus, nota-
a musicis accentiunculis carmina, simul cum peritis
liis, statim suavissima quadam voce sic in aures
ostras illapsus, imo vero in præcordia est, ut me qui-
em (cæteros nescio) pene extra me rapuerit; certe
eus tacito divinæ prorsus voluptatis cujusdam af-
ecerit. Pronunciavit heroicum deinde carmen, quod
semet nuper in Petri Medicis laudem composuerat.
Roges quale carmen? quale fere nec meum dici sa-
us recusem. Vox ipsa nec quasi legentis, nec quasi
anentis; sed in qua tamen utrumque sentires, neu-
rum discerneres; varie tamen, prout locus poscoret,
ut æqualis, aut inflexa, nunc distincta, nunc perpe-
ua, nunc sublata, nunc deducta, nunc remissa, nunc
ontenta, nunc lenta, nunc incitata, semper emen-
ata, semper clara, semper dulcis. Gestus non otio-
us, non somniculosus; sed nec vultuosus tamen ac
oleslus. Rosciolum diceres prorsus aliquem in sce-
a versari. Postularunt quidam subito carmen ut
llud in prosam retexeret, & oratione soluta totum
ursus ut argumentum colligeret. Cunctatus pau-
ulum, quasi deliberabundus, cæpit mox dicere, vere-
unde quidem, sed tamen admirabiliter. Et fluebant
x ore tenello verba lectissima tanto cursu, quantum
ecile nec stylus ipse suppeditat. Miraris hæc, Pice?
abo aliud majus, majusque, quod mireris. Imple-
erat hoc jam munus, & eum pater jusserat ibidem
ibum capere stantē, non enim solet aliter. Iam secun-
e mensæ erant, cum proponere jubeor quid, & quæ
istolarum argumenta velim, quas ille simul pluri-
s dictaret extempore. Proposui quinque duntaxat,
n enim plura libuit, ne forte puerum fatigarem;
ura tamen ille blande adhuc deposcebat. Sed quæ
roposui nata ibidem sunt, varia, nova, quædamque
dicula, sic ut ad ea comparare se prius non potuerit.
llocati igitur quinque Librarii per ordinem, cum
ylis & pugillaribus, excepturi quod ille dictasset.

Con-

Consistit puer in summo, terram intuens modeste; gitat aliquantulum; mox tamen oculos attollit: perat ei, qui summus consederat, ut jam scri Vbi pauca dictavit, innuit & secundo; dicta huic alterum argumentum. Pergit ad cæteros d ceps, donec ad infimum. Rursus quoque ad pri revertitur, farciens quod omiserat, fulciens qua penderat: dissidebat ibi nihil, claudicabat nihil. sæpius in orbem remeans, Epistolas uno tem (quis credat?) absolvit quinque. Angel. Poli lib. 12. Epist. 2.

QUÆSTIO X.

Quid sit Confirmatio, & quid in ea curanda Oratori.

Confirmatio. Confirmatio est Cor orationis, & Anim præcipue vivit Oratio: seu, est princeps pa rationis, in qua producuntur argumenta ad bandam *Propositionem* nostram, & adversari si necesse est, refutantur.

In hac quid curandum sit, ex dictis co jam potest. Nam cum confirmatio consist rationibus inventis & recte dispositis; & modo inveniri & quomodo disponi debeant supra diximus: attamen, ut totam doctrin

Curet Orator compendium colligam; in *Confirmatione* cur rator Primo, ut aliquod argumentum fo

1. mum in principio ponat, similiter & in fin *firmationis*,

2. in medio vero debiliora colloce cundo, curet ut crescat semper Oratio; fiet, si verbis minus significantibus magis ficantia subjiciat, si affectus circa finem erit. Tertio, curet ut singula argumenta

3. propositionem probent. Quarto, ne argu

4. semper eodem modo tractet, & una forma fiet, si per varias figuras ea tractaverit, &

Syllogismum, modo in *Enthymema* disposuerit, modo *Majorem* omiserit, modo *Conclusionem*; ut debebit expedire. Quinto, curet ut agnoscat *Crimenon*. Sed claritatis gratiâ, 5.

Petes I.

Quid sit Crinomenon.

Crinomenon est illa propositio in Argumentatione, sive generalis sive particularis, in qua est tota vis, & qua probata, videtur tota res probata, quam inde Orator maxime confirmare & declarare debet. Crinomenon.

Sed Nota quod aliquando Crinomenon idem est cum propositione totius Orationis; & tunc plura argumenta diversa adduci possunt ad probandam propositionem. v. g. sit hæc propositio, *Ostendam vobis, Audit. quod Rex debeat amare subditos suos & Rempubl.* Primum argumentum est, *Omnia Caput debet amare membra. Rex est Caput, subditi membra. Ergo.* Secundum argumentum; *Patrimonium suum quivis debet amare. Respubl. est Regis patrimonium. Ergo.* Hic vides multa adduci diversa Argumenta ad confirmandam propositionem, quia hic Crinomenon idem est cum propositione Orationis.

Nota 2. quod aliquando Crinomenon diversum sit à propositione Orationis totius; & tunc unicum argumentum principale in tota Oratione dominatur, in quo confirmando & ampliando omnis industria verti debet. Porro agnosces Crinomenon, si præcipuum argumentum illum in recta Syllogismi forma posueris. Aliquando enim *Minor* Syllogismi est Crinomenon; ut in primo argumento Orationis Milonianæ. *Insidiator jure est occisus. Clodius fuit insidiator. Ergo.* Ubi *Major* verissima & notissima est. *Mi-*

nor

nor saltem probanda incumbit Ciceroni; & bat eam per totam orationem. Aliquando *jor* est Crinomenon: Ut pro S.Roscio; *Nul lius sine magna causſa occidit Patrem. Sextus Ro est filius. Ergo. Minor* hujus Syllogismi veri est; *Major* ergo tantum probari debet, in ea tota vis est. Aliquando & *Major* & *Minor* est nomenon: v.g. *Cui bono fuit mors Roscii, ille dit eum. Capitoni bono fuit mors Roscii. Ergo. Major*, & *Minor* indiget probatione. Itaque legendis orationibus & in componendis, C menon est advertendum. Quando vero O nis propositio plures habet partes, tunc Crinomena erunt plura.

PETES II.

Quid sit Transitio, & quomodo usurpanda.

Transitio. Transitionibus connectuntur argumenta firmationis, imo & partes orationis, ut be hæreant. Est autem Transitio locutio, qua dictum est, paucis repetit, & quid dicend breviter exponit. Duplex est, perfecta & i

Perfecta alia, fecta. Perfecta Transitio est, quæ & dict tit, & dicenda infert: ut, si dicas, *Satis de tate armorum dictum sit; jam quæ utilitas i*

Alia Imperfecta. *niat, videamus.* Imperfecta Transitio est, q non revocantur ea quæ dicta sunt, sed t transitur ad dicenda per has vel similes p las, *Quid quod, jam vero, & vero, præterea, adjunge, sed enim, deinde, ad hæc*, &c. Sed etiam tunc bene argumentum unum cum connecti, quando in Fine præcedentis arg ti ponitur aliquis sensus hujusmodi, à quo occasio porrigitur loquendi & argumenta terius.

Debet Transitio esse elegans ex Ver

delectu, & perspicua, quia per illam *benevolentia*, *docilitas*, & *attentio* renovatur.

PETES III.

Quid sit Sententia, & quomodo adhibenda.

Quia pulchrum est, quod aliquando orator argumentum per modum sententiæ enunciet, ideo hic de illa disce, quod duplex sit Sententia; alia aperta, alia occulta. *Aperta Sententia* est veritas paucis verbis inclusa; seu, est locutio universalis de bonis expetendis, de malis fugiendis, de Deo, de Religione, de providentia, de rebus utilibus, de magnis, de admirandis, de dissimilibus, & similibus rebus ad vitam hominum moresque pertinentibus. v. g. *Nemo mortalium omnibus horis sapit:* Vel, *Veritatis una facies est semper: Falsis nulla constantia, variantur & dissident.* *Occulta sententia* est locutio singularis facta ex generali, adjectis circumstantiis *personarum, loci, temporis*, &c. v. g. sic dicendo, *Non potest fieri, ô Petre, ut omnibus horis sapiæ.* Vel, *Cum sis mortalis, ô Cæsar, mortales iras gerere debes.*

Sententia. Vel aperta. Vel occulta.

Ejusmodi sententiæ occultæ frequentissime debent esse in orationis quacunque parte, ornant enim mirifice, & capiunt audientem. Apertæ etiam possunt esse, tamen hæ potissimum senibus conveniunt & experientiam habentibus. Usus earum in rebus gravibus esse debet.

PETES IV.

Quid sit Digressio, & quando oratori usurpanda.

Digressio.

Hæc sæpe & pulchre Confirmationem intrat. Est autem tractatio rei diversæ à proposito ad utilitatem caussæ pertinentis. Solet poni vel breviter,

viter, & tunc nulla facienda est Transitio: longius & fusius, & tum Oratio velut à l go devioque cursu revocanda est ad prop tum.

Potest Orator uti digressione, cum sermo cidit de rebus communibus & universim s ptis; v. g. de *vitiis*, de *virtutibus*, de *servitut libertate*, de *morte*, de *vita*, &c. ex. c. Prob quis, *Literatum esse non ejiciendum ex urbe*; p digredi in laudes literarum, earum necessit utilitatemque ostendendo. Ad Digressiones vocantur rerum gestarum expositiones, d ptiones *locorum, personarum, morum*, &c.

PETES V.

Quid sit Amplificatio, & quomodo adhibenda.

Amplificatio. Amplificatio est oratio, quæ id, quod sim citer prolatum parvum videtur, auget, d bendo ex adjunctis, ex circumstantiis. plex est: *Verborum*, & *Rerum*. De utraque latim.

De Verborum Amplificatione.

Verborum Amplific. nt *Amplificatio Verborum* est, per quam res borum delectu atque elocutionis genere tur. Potest autem ex uno verbo undecim dilatari oratio.

1. Additione aptorum Epithetorum. Sic quod uno BELLI Verbo dici potuit, *Horrificum quoddam, & nefarium, atque omn lere imbutum bellum.*

2. Adverbiorum commoda appositione. Ut, *ac merito laudare potestis.*

3. Definitione vel descriptione. Ut, *Conscel torum ac perditorum manus*; pro *sicariis*. Sic cum debuit dicere, *Sardius Clodii minister*; d

Arm

Armiger Catilinæ, stipator Clodii, signifer seditionis, concitator tabanorum, damnator injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Notatione: ut, *Aureum illud os, Chrysostomus.* 4.

Cum una vox in duas secatur: ut, *improborum furor*, pro *improbis.* 5.

Synonymia; cum idem significantia multa ponuntur: ut, *hanc animorum conjunctionem, hanc in unum conspirationem, hanc jucundissimam vitæ atque sociorum societatem*; pro *amicitia.* 6.

Periphrasi: ut, *id populi sermo in animis nostris jam ante defixit*; pro *audivi ex populo.* 7.

Formarum enumeratione: ut, *Sanctissimus, prudentissimus, fortissimus, amicissimus Reipublicæ*; pro *optimo.* Vel, *Omnia contra mores legesque majorum, temere, turbulenter, per vim, per furorem gesta sunt*; pro *nefarie.* 8.

Partium enumeratione; quando loco totius, partes ponuntur: ut, *afflicto Senatu, perturbatis Equitibus, suspensa ac sollicita civitate*; pro *commota urbe.* 9.

Causarum commemoratione, seu rerum antecedentium & consequentium: ut, *Hunc tu ferro ignemque, & armis, & exercitus terrore, & Consulum scelere, & audacissimorum minis, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo & patria cedere curasti*; pro *vi.* 10.

Adjunctorum frequentatione: ut, *Frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordiæ*; pro *bello.* 11.

De rerum Amplificatione.

Rerum fit subsequentibus.

Amplificatio Rerum est, cum res ipsa gravibus sententiis augetur & confirmatur. Fit ex iisdem locis ex quibus Argumenta sumuntur. Communiter

1. Hiſtoria quid.

niter tamen, Cum Definitiones ſeu Deſcriptiones unius rei multæ ponuntur. Ut, *Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vitæ memoria, nuntia vetuſtatis, magiſtra vitæ.*

2.

Cum conſequentia multa ponuntur; hoc eſt, cum ea ponuntur quæ conſequuntura ſunt vel quæ jam ſequuta ſunt. Ut, ſit Propoſitio, *Neglectam libertatem multa damna ſubſequuntur.* Hæc ſic amplificaretur; *Quid libertatem negligi patiemini? negligitur hoc pacſimul fortunarum cura, negligitur bonorum poſſeſſio, negligitur fidelitatis tutela, negligitur civium defenſio, contra furioſorum hominum audaciam objecta propugnatio, negligitur vita ſalus communis, & latiſſime panditur aditus injuriam; jam violentiæ ſine vitio, malitiæ ſine judicio, ſcelera ſine accuſatione, neces ſine pœna exercebuntur,* &c.

3. Caligula.

Cum contraria contrariis opponuntur. Ut ſit Propoſitio; *Caligula factus Imperator, turpime vitam in pejus commutavit.* amplificaretur: *O turpe monſtrum, & latens ſub purpura prodigium quem virtus ex ſervo Imperatorem fecit, vitium Imperatore in ſervum transformavit! tranſit pius in pravitatem, in odium patientia, pudicitia in pudorem, generoſitas in ignaviam, humilitas in ſuperbiam, comitas in barbariem, liberalitas in prodigalitatem, ſanctitas in Deorum contemptum. Gaudebat audire Dominus, & vitiis ſerviebat; gaudebat lutari Deus, & Sacra prophanabat. Pulcher malus turpis Dux; bonus ſervus, malus Dominus: dignus Regnum ſceptro dignus, in regno jugum meruit ante dominium omnium gratiam habuit, in imperio omnium exſecrationem. Idem fortis & ignavus, pius & ſceleſtus; Patriæ Pater & carnifex, cuſtos civium & oppreſſor.* Huc pertinent etiam *Repugnantia Diſſimilia,*

Cum causſæ multæ conglobantur. v. g. ſit Propoſitio ; *Nunquam fac, quod aliquando feciſſe pœniteat.* Hæc ita amplificaretur; *Quando id agis quod dolore luendum eſt, impetu ageris, quo quid ſtultius? animo deſtitueris, quo quid miſerabilius? furore raperis, quo quid imprudentius? futura non proſpicis, quid periculoſius? cupiditates non refrænas, quid indecentius?* 4.

Cum multa effecta conglobantur. v.g. ſit Propoſitio; *Antonius multa damna fecit Romanis.* Amplificatur ſic ; *Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius: Deſideratis clariſſimos viros? eos eripuit Antonius: Authoritas noſtri ordinis afflicta eſt? Afflixit Antonius.* 5.

Cum multæ ſimilitudines ponuntur. v. g. ſit propoſitio ; *Si vitia cum parva ſunt non corriguntur; difficile poſtea cum creverint emendantur.* Amplificares ſic ; *Prohibete igniculos ſcelerum, ſi conflagrare non vultis ; obſtruite fontes, ſi violento fluctu abripi non optatis; ſuccurrite languori, ſi morbo exſtingui timetis. Quemadmodum enim ignis de parva ſcintilla ortus non raro integras urbes demolitur; quemadmodum fluvius guttatim aggeri ſe infundens univerſam molem eruit & evertit; quemadmodum levis febricula ingentes morbos excitat, totaſque familias abſumit: ſic vitia Iuvenum niſi initio opprimantur, fortius radices agunt, donec omnem animi virtutem, omnem honeſti ornatum turpiſſima labe conficiunt.* 6.

Cum multa exempla adferuntur. Sic *Cicero pro Milone: Vteretur eadem confeſſione Milo, qua Hala, qua Naſica, qua Opimius, qua Marius, qua noſmetipſi,* &c. 7.

A Comparatione fit pulchra amplificatio. ut, ſit Propoſitio; *Fruſtra diſputatur utrum literarum ſtudia an armorum potiora ſint, cum utrinque maxima dignitas emicet:* amplificaretur ſic; *O ſupervacaneos* 8. Collatio ſtudiorum cũ armis.

caneos eorum labores, qui literas armis oppugnant, aut literis contra armorum dignitatem abutuntur! Desistite ab infestis contentionibus: utrinque magnum decus, magna commoda, magna gloria emicat. Arma Deorum inventum sunt, & à Vulcano fabricantur; literæ Deorum proles, & Iovis cerebro prodierunt. Arma Bellonam colunt; Literæ Palladem. Arma ad fortitudinem & audaciam animum excitant; Literæ mentem honestate & virtutis amore excolunt. Armatus ab hoste non facile vincitur; sapiens à fortuna. Armatus gladios & vulnera non timet; Sapiens mortem contemnit. Armatus res in manibus gerit; Sapiens in consilio. Armis dura frangantur; Sapientia emolliuntur. Arma in corpus protestatem gerunt; Sapientia in animum. Armis Reipubl. defendimus; Doctrina observamus. Armis libertatem propugnamus; Doctrina discernimus. Armis imperia distendimus; Doctrina & jure subjecta retinemus. Ab Armis robur & vires Reipublicæ accedunt; à Literis industria, doctrina, ars dantur, &c.

Pro pleniori doctrina, Nota I. quod omnes figuræ vehementiores ad amplificationem valeant, præcipue autem, *Interrogatio, Repetitio, Subjectio, Conversio, Complexio, Apostrophe, Exclamatio, Hypotyposis, Sustentatio, Etopœia, Prosopopœia, Communicatio,* &c.

NB. Nota II. quod necesse sit, ut, cum amplificandi velis orationem, semper ille versiculus ante oculos sit, *Quis, quid, ubi,* &c. Quæ amplificandi ratio tam singulis periodis quam rebus potest servire, & videtur melior pro tyronibus quam per locos communes. Nec tamen requiritur, omnes hæ circumstantiæ ut exaggerentur, aut ut certo ordine; sed satis est interdum aliquam vel aliquas adhibere, eo ordine quo placuerit.

Qu

QUÆSTIO XI.

Quid sit Confutatio, & quomodo ponenda.

Confutatio est pars vel species Confirmationis, in qua objecta vel objicienda rejicimus. Ponitur vel ante Confirmationem, vel post illam, vel etiam spargitur per partes in tota oratione. Refutantur autem objecta vel omnia simul; vel ea prius quæ prius objecta sunt, & deinde ea quæ posterius; vel firmiora prius, ut iis fractis, leviora sponte sua corruant; vel leviora prius, ut illis elusis, fortiora infirmentur & extenuentur. Confutatio.

Modus vero confutandi est, ostendere id, quod ab adversario dictum est, esse falsum, repugnans, impossibile, incertum, incommodum, non cohærens. Et quia orationis pars est plena caloris, & sæpe furoris; ideo admittit *Dialogismos*, seu collocutiones, *Ironias*, *Illusiones*, *Subjectiones*, *Interrogationes*, *Exsecrationes*, & alios affectus atque vehementiores figuras. Sæpe autem rejicitur adversarius contemptu: sæpe non ita rationibus quam voce & gestu eluditur: sæpe increpatione vexatur; premitur interrogationibus: sæpe similibus objectionibus impetitur: sæpe id quod ex nobis quæsivit sine responso omittitur: sæpe responsum non statim redditur, sed diu prius suspenditur. Confutandi modus.

QUÆSTIO XII.

Quid sit Peroratio, & quas habeat partes.

Peroratio, aliter Epilogus, est ultima orationis pars, in qua debet accurate desudare orator, ut aculeum in animis audientium relinquat, eosque in suas partes pertrahat: Ideo figuræ vehe- Peroratio.

mentiores hic esse debent, & affectus motusque incitatiores. Duas partes habet potissimum, *Enumerationem* & *Amplificationem*. *Enumeratio* requirit ut argumenta orationis in contextu fusius dicta, breviter, clare, & nova verborum varietate repetantur; non iisdem verbis, ne cramben recoquas ad nauseam. *Amplificatio* desiderat ut gravibus verbis, sententiis, figuris hæc repetitio fiat. Vult adhuc Cicero requirere *adhortationem*, & *affectum* pro Peroratione: sed Amplificationi hæc includuntur. Exemplum Perorationis longe celeberrimum in *Ciceronis* Oratione pro *Milone*.

Hæc Orationis pars vel ideo diligentius facienda est, quod communiter orator tanti fiat quanti æstimatur Peroratio. Eam enim tenax memoria excipit auditor, & ex ea de nobis ferre judicium.

CAPUT III.
DE ELOCVTIONE.

INter quinque Rhetoricæ partes, meo quidem calculo, principem obtinet locum *Elocutio*; quippe parum est acute invenisse, parum bene disposuisse argumenta, nisi eadem aptis & idoneis verbis, figuris & sententiis ad audientium aures devehas. Ab Elocutione *Eloquentia*, & *Eloquentes* dicimur. Ab ea quantum quisque orator possit, judicium fertur. Est autem *Elocutio* idoneus verborum, figurarum & sententiarum apparatus; quia eloqui est, omnia ea quæ mente concepisti ornate promere. Jam Elocutio ut artificiosa sit, oportet primo ut sit *Latina*; secundo ut *Plana*; tertio, ut *Ornata & apta* ad id de quo agitur. De singulis enucleatius.

Elocutio.

Qua

QUÆSTIO I.

In quo consistat Elocutio Latina.

Cum de Latina Elocutione agimus, cave putaveris Latinis dumtaxat verbis orationes efferri; siquidem vernacula & quavis lingua possunt combinari: Sed nobis qui Latinitati nomen dedimus, inquirendum est de Latino sermone, ne barbare & insulse loquamur. Hoc universim disce, ut, quacunque usus fueris lingua, ejus morem patrium sequare: *Est enim cuivis linguæ suus genius, suus lepos.* Jam vero ille Latinam Elocutionem artificiose servabit, Primo, qui verbis pure Latinis, & apud probatos Authores receptis utetur; non peregrinis, aut alterius linguæ, nisi forte consuetudine longa pro Latinis suscipiantur, ut sunt nonnulla vocabula Scientiarum & Artium, v. g. *Philosophia*, *Theologia*, & quæ cum artibus simul à Græcis ad Latinos transiverunt. Secundo, is recte loquetur Latine, qui Latina utetur constructione; quamquam publice constat, non à Poëtis solum, sed etiam ab Oratoribus, maxime panegyricorum scriptoribus, item historicis, Græcam passim constructionem & Syntaxin usurpari; est quippe vere elegans, & eximie ornat, ut videre licet apud *Paterculum*, *Sallustium*, & alios. Ut ergo ejusmodi constructiones in legendis Authoribus & noveris, & judiciose imiteris; ostendam hic quomodo *Hellenismus*, seu, quod idem est, *Græcanica constructio* in Latinis verbis fabricari possit: & quod docebo, ex Latinis probatis authoribus confirmabo. Latina.

Primus Hellenismus. Nominativus eleganter apud Græcos *Adverbii* loco ponitur. Hoc imitantur Latini dupliciter. Primo, ponunt *Neutrum* pro *Adverbio*; *Neutrum* tamen illud transit Helleniſmus.

in *Adverbium*, & *Accentu* notatur: v. g. *Acutè clamat*. Horat. *Acutùm ludit*, pro *Acute*. Et alibi, *Crudelè micat, dulcè loquitur, dirùm minatur, dirùm insonuit*. Silius. Et alibi, *Grandè ingemit*. Statius. *Immanè fremit*, id est, *valde*. Secundò *Rectum* ponunt pro *Adverbio*, non *Neutrum*, cujusvis generis: ut, *atrox instat*, id est, *atrociter*; *matutinus veni*, id est, *mane*; *vespertinus fecit*, id est, *vespere*; *nullus dixeris*, id est, *ne dixeris*. Cicero. Et hæc fiunt per *Enallagen*, figuram, ubi pro orationis una pro altera ponitur.

Secundus. Apud Græcos eleganter ponitur *Verbum* inter *Nominativum* unum & *Genitivum* alterum: ita ut apud Latinos inter duos *Nominativos* solet poni. v. g. *Fies nobilium tu quoque fortium*, Horatius. id est, Tu quoque fies fortis nobilis.

Tertius. *Adjectivum Neutrum* venuste jungitur *Substantivo masculino* aut *fœminino*. ut, *Varium & mutabile semper fœmina*: Et alibi, *Tutissima pœnitentiæ confessio*. Quinctilianus. Et alibi, *Tutus lupus stabilis*. Virgil.

Quartus. *Adjectivum* apud Græcos *Substantivum* ponitur, & more *Substantivorum* constructuir. Latini eos pulchre imitantur dupliciter. Primo, ponunt *Adjectivum* loco *Substantivi*: ut, *æqui* pro *æquitate*; v. g. sic Virgilius, *servantissimus æqui*, id est, *justus*: *honestum pro honestate*, *pium pro pietate*; *serenum pro serenitate*; *verum pro veritate*; *sinistrum pro infelicitate*. Secundo, *Adjectivum* ponunt in *Neutro pluralis numeri*, & *Substantivum* in *Genitivo*. v. g. *amara curarum*, Horatius. *id est*, *amaræ curæ*. Sic, *ardua rerum*; *incerta viarum*; *opaca sylvarum*; *plana camporum*.

Idem. Claudianus. Cicero.

Quintus. Eleganter apponitur *Adjectivo* *sus genitivus*. Ut, *Abstinens pecuniæ*; *Abundans corporis*; *Cæcus futurorum*; *Candidus Eloquii*; *Dis-*

chor-

choreæ, literarum; Nimius animi, id est, iracundus; nimius imperii, id est, severus; nimius sermonis, id est, loquax; Plenus fori, id est, inter lites versatus; plenus litium, animi, crapulæ, iræ, negotii, somni, timoris, &c. Parcus irarum; parcus oris; Reus voti, id est, debet solvere votum.

Sextus. Verba admirandi, appetendi, amandi, privandi, consequendi, participandi, aberrandi, incipiendi, dominandi, abstinendi, junguntur apud Græcos cum *Genitivo:* quod præclare Latini imitantur. v. g. *Abstine irarum, callidæque rixæ; Desine tristium querelarum; Fallor animi.* *Virgil.* *Plaut.*

Septimus. Adjectivis Græci adjungunt *Infinitivum.* Hoc imitantur Latini; sed fere tantum Poëtæ: & Primo, apponunt *Infinitivum Activum*, seu *Neutrum*, *Adjectivo*: ut, *Amicus ferre jugum; cereus diffluere; doctus ludere; durus componere versus; facilis dare; piger ire.* Secundo, *Infinitivum verbi* apponunt *Passivi* vel *Deponentis*, *Adjectivo*: ut, *audax perpeti; blandus loqui; celeres vehi horæ; cereus in vitium flecti; mitior adspici frons; fluvius sedulus labi.* *Horat.* *Idem.*

Octavus. Pulchre Latini imitantur Græcos illa constructione, in qua *Verbum* aliquod opponitur *Infinitivo*: quod fit dupliciter. Primo, apponitur *verbo Infinitivus Activus*, aut *Neutrius verbi*: ut, *Amo vivere tecum; descende promere vina.* Secundo, apponitur *verbo Infinitivus Passivus*, aut *Deponentis*; ut, *Amat dici; gaudet adspici; adnuit capi*, &c. *Horat.*

Nonus. Multa *Adjectiva* laudem, vituperationem, patriam, gentem, nomen, vel partem significantia, *Accusativum* regunt apud Græcos, item *Participia* & *Verba.* Latini imitantur hoc, frequentissime intelligendo ante *accusativum* particulam *secundum*, aut aliquid aliud: ut, *auctus*

opes, id est, *secundum opes*; *cuncta pares fratres*, id est, *secundum cuncta*; *tecta caput nube*, &c.

Hæc sufficiant de constructione, plura colliges ipse legendo. Pro fine tamen moneo, ut Orator se exerceat unam eandemque rem pluribus modis efferre; deinde ex istis aptiorem seligat: sic copiam acquiret, & ad Latinæ linguæ gratiam perveniet.

QUÆSTIO II.

In quo consistat plana Elocutio.

Plana Elocutio.

Plana Elocutio est, quando verba & modi loquendi, ita clari sunt, ut ab Auditoribus facile intelligantur; plane enim dicere, est clare dicere.

Reprehendendi qui.

Hinc illi sub reprehensionem veniunt, qui, ut subtiles & acuti videantur, orationes suas ac phrasibus, & inusitatis verbis, aut sensibus obscuris ita infarciunt, ut ad intelligendum candela indigeas. Certe extremæ dementiæ est, loqui ad aliquem, & ab eo nolle intelligi. Suadetur igitur omen à doctis viris, ut juvenes, quoad fieri potest, tumide scribere & cum ingenii ostentatione affectent; omnemque suam gloriam in ea sitam arbitrentur, quod magnifice & phrastice scribere possint; modo phrases quærendo, sensum & rem non perdant: facile enim ubi judicium maturuerit, detumescent, & medium invenient.

Ut ergo plane loquaris, hæc quatuor observa. Primo, Longas parentheses & frequentes nonnè surpa. Secundo, Abstrusas phrases, & modos loquendi non usitatos rejice. Tertio, Acumina crebra & inepta evita. Quarto, Membra & periodos ultra justam mensuram non extende.

Qui

QUÆSTIO III.

In quo consistat ornata Elocutio.

Ornatus Elocutionis in multis spectari potest. Primo, in verbis singulis. Secundo, in verborum conjunctione. Tertio, in numero oratorio. Quarto, circa incipientes syllabas & finientes periodum. Quinto, circa figuras. Sexto, circa affectus. Distinctionis gratia de singulis quam brevissime sigillatim. Ornata Elocutio.

1. *Quomodo ornatus in verbis singulis spectandus.*

Verba, quibus oratio conficitur, vel simplicia sunt sive propria, vel translata sive impropria. Simplicia & propria ut ornata dicantur, has tres virtutes habeant; sint usitata, sonent optime, rem maxime exprimant. Usitata sunt illa quæ à bonis Authoribus usurpantur. Optime sonant primo, *Superlativa*; ut, *conspectus vester multo jucundissimus*. Secundo, *Verbalia*; ut, *dominatrix animi cupiditas*, pro *domina*. Tertio, *Composita*; ut, *consceleratus*, *constuprare*, &c. Quarto, quæ habent plures syllabas; ut, *tempestas*, pro *tempore*; *moderatio animi*, pro *modestia*. Quinto, quæ longiores habent syllabas; ut, *princeps*, pro *primus*; *quamquam*, pro *licet*. Uno verbo: illa verba sunt sonora, in quibus vocales sunt A O V; molliora & delicatiora illa, in quibus I E frequentius. Quæ vero verba maxime exprimant rem, judicio uniuscujusque relinquitur. Ita *clementia* melius exprimit quam *lenitas*; *perditus & profligatus*, quam *malus*; *exterminare*, melius quam *ejicere*; *trucidare*, quam *occidere*; *excruciare*, quam *torquere*, &c. De Alienis, seu translatis, nil attinet dicere, satis de iis passim Rhetores. In verbis singulis.

2. *Quo-*

2. *Quomodo ornatus in Conjunctione Verborum ſpectandus.*

In verborum conjunctione.

In conjunctione verborum erit ornatus, I. ſi apta *Vocalium* & *Conſonantium* ſtructura ſervetur. Quod ad vocales attinet; primo, *Vocalium* concurſus eſt fugiendus frequens: ſecundo, ne eadem *Vocalis* & præcedens verbum finiat, & ſequens inchoet, exaſperat enim Orationem: v. g. *ampliſſima actio oritur.* Maxime tamen hoc vitandum eſt in A & E. Ut autem hoc fiat, natura *vocalium* eſt cognoſcenda. Ergo concurſus A & A faciunt orationem hiulcam; v. g. *ad ea arma accingimur*: A & I obtuſam; ut, *diligentia inimicum vicit*: A & V inſuavem; ut, *ſylva uritur.* E & A minus diſſonant; ut, *tua voluntate ad bellum ivi.* I & A ſuavius audiuntur; ut, *proſtrati ad pedes jacent.* O & A inſuavia ſunt; ut, *æquo animo tuli.* O & E mollius concurrunt; ut, *reprehenſio exigua non nocet.* O & I abſona ſunt; ut, *ſine modo injuria.* V & A pulchrius ſonant; ut, *urbs ad ſcenſu ardua.* Tertio, *Vocalium* brevium & tenuium vitanda eſt multitudo; ut, *ſpeciei progeniei.* Sed in his nec negligentes nec diligentes nimium eſſe oportet; alias, ſingulorum verborum ſingulas ſyllabas anxie inſpicere, quæ tandem oratori libero, & quam intolerabilis eſſet ſervitus! Quod *Conſonantes* concernit, bene monet Rhetor, aſperum eſſe concurſum, ſi S præcedens verbum finiat & X ſequens incipiat; ut, *Exercitus Xerxis*: item ſi S incipiat & S finiat, aut ſi X finiat & X incipiat; ut, *Ars ſtudiorum, Rex Xerxes.* II. erit ornatus in conjunctione verborum, ſi monoſyllaba multa non ponantur ſimul. III. Si nomina aut verba brevia multa non continuentur, ſic enim compoſitio fit minuta & conciſa. IV. Si nec longa verba multa in unum con-

conglobentur, adferunt enim tarditatem. Plura lege apud *Soaret.* lib. 3. cap. 33.

Venuſtam etiam facit orationem, quando voces certæ vel anteponuntur vel poſtponuntur; quod in oratoribus paſſim obſervare potes.

3. *Quomodo ornatus ſit in numero oratorio ſpectandus.*

In numero oratorio.

Numerus oratorius eſt quædam menſura & vocum coordinatio, ut hæ longis brevibuſq; ſyllabis conſtent: quæ voces vel partem ſenſus faciunt; vel aliquem ſenſum, ſed pendentem; vel perfectum & integrum. Si voces aliquæ partem ſenſus faciunt, vocatur *comma* ſeu *inciſum*; ſi aliquem ſenſum, ſed pendentem, vocatur *membrum* ſeu *colon*, vulgo *duo puncta*; ſi perfectum & integrum, *periodus* vocatur. *Comma* eſt pars ſententiæ ſeu elocutionis ex duobus vel pluribus verbis conſtans, nihil adhuc perfecti & abſoluti ſignificans: v. g. *Etſi vereor Iudices*,. Duplex eſt comma; aliud eſt *membri actualis* pars, aliud pars *membri potentialis*. Notatur *comma* virgula per modum mediæ lunulæ inverſæ (,) ut quotidianus docet uſus. Longitudo ejus proprie ſumpti, ad ſeptem ſyllabas longas extenditur, aut ad breves quatuordecim; quia cum longa quævis ſyllaba duo faciat tempora, poſſunt pro una longa breves duæ ſubſtitui. Sed in ſyllabis numerandis terendum tempus non eſt, aures enim terſæ & politæ de omni ſuperfluo & defectu facile ferunt judicium: & hac in re optimus magiſter ſit uſus.

Comma quid.

Quotuplex.

CA-

CAPUT IV.
DE MEMORIA.

Memoria. MEmoria est facultas animæ retinens ea & conservans quæ cognovimus & impressimus. Pulchre à Cic. *Thesaurus & sinus animi dicitur*: à Causino, *horreum mentis*: ab aliis, *& rarium ingenii; quia in illa quæ volumus deponimus ut pro tempore recipiamus.* De hac multum loqui consilii mei non est, siquidem ea contenti esse debemus, quam à Deo accepimus; nec ullus sibi per præcepta, si caret, formabit. Solent tamen Rhetores multa suggerere auxilia, ut quam natura nobis concessit memoriam excolamus, amplificemusque. **Localis.** Suadent omnes & docent, loca sibi quædam fingere atque imagines, sive nota ædificia, sive cæstella, sive alia spatia quæcumque concipere animo, atque in eorum partibus certas rei dicendæ partes collocare; ut sic vis aut revocata loci parte, statim occurrat pars res de qua dicendum est: & hanc illi *Memoriam localem* sive *artificialem* appellant, eamque Rhetoricæ partem esse volunt. Utatur hac ope qui volet; mihi præsentiora videntur auxilia, quæ sequuntur.

Primo, ut orationem commendaturus memoriæ, post invocatam Dei opem, semel totam prius legat, ut quasi confusam ejus habeat notitiam; deinde per partes ediscat, nec facile saltem ab una parte nondum plene possessa, in aliam. Secundo, quia tempus matutinum longe commodius est ad ediscendum, quam meridianum & vespertinum, ideo illud curæ sit: tamen post quam utile est pridie vesperi, priusquam dormitum concedas, semel & iterum percurrere ea quæ postridie sunt ediscenda. Tertio dicere

ut curet intelligere; quia intellecta facilius hærent & fortius: sed Rhetori loquor, qui sine dubio nihil declamabit quod non intelliget. Quarto, proderit multum, ex iisdem chartis, in quibus composuimus, ediscere; quia ad paginæ loca & partes jam assuevit memoria: hinc scimus, quo in chartæ angulo aliquid scriptum sit, atque adeo sedem verbi cujusque quasi oculis tenemus. Turbatio vero & confusio, si in alia charta scribas & ex alia discas: inter dicendum enim utriusque chartæ imago occurrens, distrahit & confundit animum perorantis. Quinto, utile est, ut si quidpiam difficilius addiscitur, illi loco aliquod signum vel notam aliquam apponas, cujus admonitu citius occurrat, & infigatur. Sexto, puto utilius esse, si non tumultuarie, sed declamando statim & cum gestu discat, eumque sensum quem jam infixit, aliquoties secum revolvat, tum demum ulterius pergat.

Breviter; maxima fabricandæ & servandæ sibi memoriæ ars est, indies illam exercere, aut saltem sæpissime: quia otiosa diu & sine usu hebescit, & infidelis efficitur.

ORA-

ORATORIS EXTEMPORANEI

Seu

ARTIS ORATORIÆ BREVIARI

PARS ALTERA,

Quæ circa Praxin in ſpecie occupatur potiſſimum.

BREVIARI
ARTIS ORATORIÆ
PARS POSTERIOR.

De genere Demonſtrativo & Deliberativo.

TAmetſi generalia oratoriæ facultatis præcepta, pro omni oratione componenda, abunde ſufficere poſſint: uberioris tamen doctrinæ & claritatis cauſſa, ad particularia deſcendere volumus; & poſt oſtenſos fontes, rivos etiam demonſtrare: ut ſi forte aliqui minus felici ſtudio artem in genere ſcriptam non penetraverint, ſaltem hinc laboris fructum colligant: Quod utique gratum eſſe nemini non poterit, cum illud jam vivimus ſeculum, in quo cum orationibus nihil non inchoatur, nihil non perficitur. Nam & naſcentes nos orationes excipiunt, & mortuos deducunt; & menſæ, hoſpitia, fora, congreſſus, ac ſinguli fere motus orationibus reſonant: ut noſtrum fere loqui, ſit eloqui; atque adeo nullibi non ſedem ſibi eloquentia cum libertate, & theatrum elegiſſe hac ætate videatur. Acceſſus ad rem.

Hæc autem inſtituti noſtri ratio erit. *Præcepta* prius dicam, juxta quæ orationes *Demonſtrativi* & *Deliberativi generis* componi debeant. Deinde, *Taxes* ſubjungam, & præcipue in *genere Demonſtrativo*, quia genus hoc crebrius eſt. Poſtremo, ſupel- Inſtituti ratio.

ſupellectilem dabo ex *Sententiis*, *Hiſtoriis*, & *eruditionibus*, quibus in ejuſmodi oratiun conficiendis maxime indigemus. Sed pr communi docebo, ex quibus præcipue loc gumenta invenienda ſint pro utroque gene quibus modis oratiunculæ facile poſſint co ni ac diſponi.

CAPUT I.

EX quibus locis præcipue argumenta nienda ſint in utroque genere.

QUÆSTIO I.

Ex quibus locis præcipue inveniantur in gen Demonſtrativo.

Demonſtrativum genus quid.

Genus Demonſtrativum eſt in quo *laudam vituperamus. Laudamus bonum, utile, jucu Vituperamus malum.* Porro, laudare vel v rare poſſumus, aut *perſonas* aut *res*. De ut aliquid diſtincte.

Laudamus Perſonas ab Adjunctis Perſonæ.

Perſonas laudaturus maxime argumenta ſ ex *Cauſſis*, *Effectis*, *Adjunctis*, *Comparation militudine*. Sunt vero *Adjuncta perſonæ*, P *Majores*, *Parentes*, *Bona animi*, *Corporis*, *Fo* In *Patria* conſiderandum eſt, qualis ſit; d & magnorum Heroum genitrix, an obſ quam ferax, quam ſplendida, abundans, quomodo ſita. In *Majoribus*, nobilitas, præclare geſtæ; deinde in ipſo qui laudatur talis dies, & ſi quæ laudabilia aut prodigio tivitatem præceſſerunt. In *Pueritia*, ingen indoles, docilitas, inſtitutio, proclivitas ad tutes, ad alta, &c. In *Adoleſcentia*, mores, dium ſeu virtutis & ſapientiæ, ſeu vitii & viæ; quomodo vitam egit, apud quos, ſub

s Præceptoribus, cum quibus æqualibus, qui-
s artibus & studiis vacabat. In *Iuventute*, ge-
s vitæ, fortunæ bona, ut honores, dignitates,
ta præclare gesta, virtutes. In *Senectute*, con-
, pietas, morbi, patientia, constantia in bene
is, &c.

Sed adverte, in *factis* vel *operibus* laudandis
d vituperandis, bene ponderandum esse quale
us sit, honestumne an turpe, utilene Religio-
, Patriæ, aut alteri, an vero noxium, facilene
difficile, jucundum an molestum.

Quid vero sit *honestum* esse, *utile*, *jucundum*, in-
a dicam. In *Rebus* hoc universim spectetur, ut
i laudandæ vel vituperandæ partes diligentissi-
e inquirantur. Rursus examinentur *Genera*,
ecies, *Causse*, *Effecta*, *Contraria*, *Adjuncta*. Por-
o *res Naturales*, item *artes*, *linguæ*, *virtutes*, *scien-*
e, laudari vel vituperari solent ab *honestate* aut
urpitudine, à *Caussa efficiente*, à *necessitate* aut
ontra, ab *utilitate* vel à *damnis*, à *facili* vel *diffi-*
li, à *circumstantiis aliis*, &c.

Sic *Vrbes*, *Castella*, *Arces* commendantur ab
iquitate, à *conditoribus*, à *forma*, à *situ*, *partiti-*
, ædificiorum structura, *aëris clementia*, *fertilita-*
e soli, *abundantia rerum*, à *Fluminibus quibus*
antur, à *Civium moribus*, à *Studiis*, *Operibus*,
olitia, *Senatu*, *rebus gestis*. Vituperantur à *con-*
riis.

Insulæ, *Regiones*, & loca alia laudantur, à *situ*, Insulas, Regiones, &c.
ra, *amplitudine*, *antiquitate incolarum*, à *Re-*
s, *Ducibus*, à *cultu Religionis*, à *fertilitate*, *fon-*
s, *aquis*, *stagnis*, *urbium frequentia* & *cele-*
ate, ab *institutis* & *legibus*, à *rebus gestis*,
c.

Arbores, *Plantæ*, *Herbæ* laudantur à *nomine* seu Arbores, Plantas, Herbas.
tatione, à *forma*, à *loco subjecto*, ab *adjuncto*
pore, à *virtute*, ab *Effectu*.

Flu-

Flumina, Fontes.

Flumina & *Fontes*, ab *ortu* seu *scaturigine*, *amplitudine*, *colore*, *natura aquæ*, à *velocitate* *fus*, à *locis nobilioribus per quæ fluunt*, à *piscium* *neribus*, *copia*, *salubritate*, ab *effectibus*.

Montes.

Montes laudantur à *situ*, ab *iis quæ in illis* *scuntur*, ut, *herbis*, *arboribus*, vel *quæ effodiu* ut, *metallis*, *à feris quæ in illis degunt*, ab *An* & *Turribus quæ in ipsis sunt*, à *fontibus inde* *turientibus*, à *rebus memorabilibus* aut *prodi* *ibi factis*.

QUÆSTIO II.

Ex quibus locis præcipue Argumenta sunt sum *in genere Deliberativo.*

Deliberativum genus quid.

Deliberativum genus est, in quo de rebus f ris, quæ in potestate nostra sunt, quæque e re possunt & non evenire, deliberamus. N & Civile genus dicendi, duabus partibus stat, *Suasione* & *Dissuasione*. Suademus bo dissuademus malum.

Argumenta potissimum in hoc genere renda sunt in *Causis*, *Effectis*, *Consequentibus*, *trariis*, *Adjunctis*, *Comparatione*. Seu, ut cl loquar, capita universalia pro Argument *Deliberativo* genere ad suadendum sunt hæc

Suademus.

necessario, ab *honesto*, ab *utili*, à *jucundo*, à gl à *justo*, à *possibili*, à *facili*.

Dissuademus.

Ad dissuadendum vero hæc: A *non necess* *turp*, ab *inutili*, ab *injucundo*, à *periculoso*, a *possibili*, à *difficili*, à *probroso*, à *molesto* & *da*

Honestum.

Porro *Honestum* illud dicitur quod à De Religione vera commendatur, quod rect ni, quod sanis legibus, quod sapientum di

Inhonestum.

monitis consonat. E contra vero *Inhoneſt* *turpe*, quod Deus, quod pietas reprobat, sanæ rationi repugnat, quod sanis legibus, sap

sapientum dictis ac monitis non congruit. *Vtile* illud dicitur, quod bona animi, vel corporis, vel fortunæ aut acquirit, aut auget, aut conservat. *Inutile*, quod ad nihil horum conducit. *Iucundum* est, quod animum voluptate perfundit: *Iucundum*, quod nihil volùptatis habet. *Necessarium* illud dicitur, sine quo vel salus, vel libertas, vel Religio, vel aliquid aliud esse non potest; vel quod necesse est ut fiat, alias multum nocetur. *Possibile* est, quod habet Causas à quibus fieri potest. *Facile*, quod sine labore magno; *Difficile*, cura & pretio. *Probrosum*, ex quo infamia sequitur. *Molestum*, quod aufert voluptatem sensuum vel animi, quod tædium vel fastidium generat.

Utile.
Inutile.
Iucundum.
Injucundum.
Necessarium.
Possibile.
Facile.
Difficile.
Probrosum.
Molestum.

Adverte vero diligenter, oratori considerandum esse in *Suasione* vel *Dissuasione*, quinam & quales Auditores sint. Nam si Generosi & Nobiles, tunc maxime argumenta sumenda erunt ab *honesto*: Si vero plebeii animi & mechanici, maxime ab *utili*; *utili* enim hoc genus hominum maxime trahitur.

CAPUT II.

De Dispositione orationum generis Demonstrativi & Deliberativi.

PRæter ea quæ supra de *Dispositione* diximus, nihil speciale hic occurrit. De genere *Demonstrativo* hoc solum addendum est, quod cum sit perpetua *Narratio* cum *Amplificatione*, laudando quem solemus incipere à *Patria*, deinde laudare à *Majoribus*, à *Parentibus*, *Consanguineis*, & familia utriusque lineæ. Postea *nativitatem* describimus; tum *Pueritiam*, *Adolescentiam*, *Iuventutem*, *Virilem ætatem*, *Senectutem*, denique *mortem*: atque ita quem ordinem vita habuit, eundem

dem oratione ſequimur. Aliquando vero acc
mus unam tantum, vel aliquot virtutes laud
tota oratione tractandas, atque ad eam v
eas alia honeſte geſta deducimus quæ poſſu
prætereundo *Patriæ* laudes, *Generis* & *Fa*
&c. Sed decem modos diſponendi vel confi
di oratiunculas à Neotericis collectos propo
lubet; in quibus ſi ſedulus te exercere volu
facile in oratorem etiam extemporaneum
dere poteris.

Decem Modi diſponendi.

Modus Primus eſt: Cum voles *Gr*
lari, Salutare, Valedicere, Propinare, & alia
modi præſtare; primo, rationem, ſeu ca
invenias propter quam id facere velis: de
rationem cum propoſitione in *Syllogiſmum*
pone, faciendo *Majorem, Minorem, Concluſio*
ut ſupra diximus; & facillime paraveris or
nem.

Exemplum. Velles, v.g. amico gratulari
litia feſta. Quæreres ergo prius *Rationem* p
quam facere velles; & occurreret hæc: *quia*
impellit. Ex hac igitur *ratione* & *propoſitione*
ficeres hunc *Syllogiſmum*; e. c. *Amor urget*
cum ut amico debeat gratulari. Sed ego habeo
morem. Ergo, &c.

Gratulatoria.

Oratorie hoc ſic facile efferres.

Major. *Elaboratio.* Habet ſuas faces, habet ſtim
fœcundus votorum Amor, & eo perurit,
laceſſit uſque amici pectus, donec in amici
ſentia totum in vota, totum in deſideria e
det. Quid vero pectus meum? nonne amo
te ſingularis palatium? quem humanitate
ctenus non vulgari & favore ornaviſſe p
fuit; etiam plurimis & maximis beneficiis
viſti, foviſti. Certe urſit & juſſit ille in ami
mum conſpectum tuum prodire, & hoc tu
nevolentiæ domicilium, ſiquidem in repa

Minor.

Concluſio.

non potest, in verbis aperire commendavit. Ob-
secundo, aperio, & cum has natales Christi fe-
tibi eveniſſe felices gratulor; tum à Deo re-
& fortunæ arbitro omnia fausta apprecа-
annos etiam meos in felicis vitæ tuæ prorо-
nem depono. Dixi.

Responsoria. Qui vellet gratulanti respondere, Responſoria.
hanc Syllogiſmum inſtitueret. v. g. *Gratulatio a-*
mici gratiſſima eſt. Tu amicus gratularis. Ergo.
Oratorie ſic tractabis.

Elaboratio. Nullius quidem vota, & ſalutis Reſpon-
apprecatio grata eſſe non poteſt; ab amico ta- ſoria.
men quæ venit pectore ſolet eſſe ſemper gratiſſi- Major.
ma. Ut enim pretioſis nobilius pretium adjici- Ratio
mus, quando aurum adjicimus; ita quæ amore Majoris.
condiuntur, ſi bona ſunt, fiunt optima. Jam ve-
ro à te quid non amore plenum prodire potuit, Minor.
qui totus amor es, & amoris mei ſingulare Elo-
gium? Aperuiſti hodie pectoris dulce ſacrarium,
& me novo favoris radio rurſus perfuſum bea-
viſti. Feciſti quod prior facere debui, & in ami-
citiæ certamine me longe ſuperior triumphare
potes. Quid ad gratiſſimas amoris tui voces Conclu-
adjiciam? quia majora non poſſum, paria repo- ſio.
no. Vive, & vale, ſemper felix, ſemper meus; &
quem tempus inter nos inchoavit amorem, æter-
nitas conſignet.

Adverte hic primo, quod ſi fuſius loqui voles Nota.
propoſitionibus tuis, hoc eſt, *Majori* & *Minori*,
v. g. plures *rationes*, *confirmationes*, *exornationes*
adjunge.

Adverte ſecundo, quod ii qui eruditiores vi-
deri volunt, communiter *rationes Majoris* aut
Minoris per *Sententias & aliorum dicteria* effe-
runt. Quanto autem cultiores erunt *ratio-*
nes, tanto etiam ipſa oratio plus habebit gra-
tiæ.

Adverte tertio, communiter in officiosis e
tiunculis, loco *Conclusionis* ipsam adfectus te
ficationem poni, servientem ei rei, quam ass
pisti: ut, si gratularis, gratulationem; si salu
salutationem ponis in *Conclusione*.

SECUNDUS MODUS. Quando imi
tantur partes *Syllogismi*; & primo loco *partic
ris propositio* ponitur, seu, quod idem est, *Mi*
deinde *universalis propositio* seu *Major*, vel
vel post *Conclusionem*: ita tamen, ut si *Conc*
ante *Majorem* posita fuerit, rursus repetatur
verbis in fine.

Exemplum. Si velles v. g. Capitaneum p
ingredientem Capitaneatum, nomine alio
excipere, hanc pro fundamento simplicem r
nem acciperes; *Lætamur quod salvus ingredi
quia hoc assequimur quod optamus. Syllogis
formares sic: Qui assequitur quod optavit jus
tatur; Sed nos cum incolumem te accepimus,
quimur quod optavimus. Ergo.* Oratorie sic.

Salutatoria. Minor. *Elaboratio.* Oculos nostros hodie prim
auspicatus ingrederis; sed in animis omnium
votis pridem habitas. N. N. idem ipse Dio
te feliciter Capitaneum nostrum denunci
desideriis nostris impressit, ut de te unice sol
ti, hoc in votorum summa portaremus, te i
lumem accipere. Sæpe lentum accusavimus
lem, quod eum moraretur diem, quo magis
precationibus hominum & plausu, quam c
hanc urbem & sedem invectus, nominis tui
gnitudine exornare inciperes: quam ut à m
ribus liberalissimè derivare possis; in hoc ta
maximus es, quod mensuram magnitudinis
totus in te habeas, & fortunam quantamcun
animo & meritis excesseris. Ecce verò desid
hodie felix coronat eventus, quando te salv
Major. nobis, quando faustum explicat. Et quis

suis subscripsisse Numen non triumphet ? quis voluntati diuturnæ ? quis sollicitis animorum votis satisfactum esse non vehementer gaudeat ? Gaudemus certe, triumphamus ; & quem hodie Conclusio. ingredientem salvum felicem salutamus, eundem progredientem diu faustum, diu incolumem ut videre & venerari eveniat, solliciti unanimes cœlum imploramus.

TERTIUS MODUS. Quando *Conclusionem* primo loco ponis, & ei *Majorem* & *Minorem* subnectis, eo ordine quo melius videbitur; denique repetis *Conclusionem*, & facis testificationem affectus, convenientem rei assumptæ. 3.

Pro exemplo: Sit oratiuncula, qua *Cancellarius Regni Poloniæ, Georgius Osolinsky* à nobis salutatus est. Pro cujus fundamento hæc simplex *ratio* fuit. *Salutamus te, quia magnus hospes es, & ad nostram tenuem salutationem audiendam te demisisti.* *Syllogismus* talis est: *Lætitiæ & amoris opus est, quando magni viri se demittunt ad tenues. Tu magnus ad audiendam tenuitatem nostram te demisisti. Ergo.* Oratorie sic. Salutatoria.

Elaboratio. Erubescere debet coram te Eloquentia nostra, Princeps Illustrissime, & pudore quam verbis ornatior, te hospitem orbis judicio magnum venerari. Felicitatem nostram tua humanitate metimur, quod magnis assuetas aures ad nostram dicendi infantiam inclinas : & explicitam Principibus præsentiam, nostrorum intra tenuiorum compendia contrahis. Ut natura in magnis miranda sit, in parvis semper amabilior sit : ita magni Principes quando Majestatem in angustias colligitis, forte magnitudinem stringitis, sed amore n amplificatis ; fit molis jactura, sed pretium crescit æstimationis. Angustum eidem nominis tui splendori *Poloniæ* Cœlum est. Mundus aperire debuit, ut illustraretur : Conclusio. Major. Minor.

Imo ipse Mundi oculus *Roma* ad Polonæ in
lis radios connivere, & cui omnem prope a
rationem Heroum frequentia sustulit, cum
vidit & loquentem audivit, etiam admi
Quod *Ferdinandus Imperator*, & in eo orbis C
stianus de te ferret judicium, satis aperuit, ci
tutes tuas *Ducis* titulo dignas æstimavit. Qu
amore collocaret *Patria*, luculenter annulo
blicæ fidei, quam tradidit, testatum fecit. C
loco Rex *Vladislaus* poneret, quando toties
men & personam in te suam transtulit, ad te
rum regna & Duces circumferendam, eccui
dem obscurum reliquit? Quid mirum igitur,
Conclusio repetita. cum humili salutis apprecatione ad Majesta
Principis audacter vicini, à tui nominis radi
nebras etiam nostras illustratum iri nequaq
dubitamus?

4. QUARTUS MODUS. Quando facto
logismo omittis *Majorem*, & incipis à *Majori
tione*; eamque, si placuerit, exornas vel co
mas: deinde *Minorem* ponis, cum suis itidem
placuerit, *rationibus* & *exornationibus*: tan
Conclusionem. Vel, si placebit, pone primo
tionem Majoris, deinde subjice statim *Conclu
nem*; tandem pone *Minorem*; & rursus in fin
pete *Conclusionem*.

Exemplum. Si velles v. g. suadere non esse l
dum ob juvenis obitum, hanc *rationem* in
res; *quia maturus cœlo propter virtutes mortu
Syllogismum* hunc faceres: *Qui maturus Cœl
juvenis, moritur, flendus non est, Sed hic, &c.* I
&c, *Ratio Majoris* est, *quia cœlum non à d
ætatis, sed à moribus annos computat*. Ora
sic.

Suasoria. *Elaboratio*. Si more nostro cœlum vitæ
in annos computare arbitramur, vehementi
nos ipsi fallimus, & cœli ingenium ignora

lemur. A moribus ætatem æstimat, & de immatura adolescentia maturos virtutum fructus frequentissime decerpit. Hæc miserorum mortalium cæcitas est, sua non nôsse gaudia, & in alienis sæpissime mœrorem, in mœrore lætitiam deminisci. Ecce in mortali vita currimus omnes per plana & aspera, trudimur per summa, per ima, mera fortunæ & tempestatum ludibria, sine pace, sine solatio, semper miseri, semper inquieti; donec manumisso semel quod gerimus corpore, quasi procellarum solenni theatro, innocenti vita & morte immortalitatis metam attingimus. Cur igitur ubi plerosque feliciter attigisse intelligimus, temere in lacrymas solvimur? Cur locum qui maturæ virtuti debetur invidemus? Nautam certe superata hyeme, in portum feliciter evasisse, nemo nisi hostis fleverit: & militem potitum victoria, quis nisi inimicus doleat? Doleat tuum occasum N. N. qui virtutis vitæ & felicitatis conscius non est: qui mecum salutis consilii rationes inire voluerit, gratulationes parabit & panegyres. Cecidisti in primo ætatis flore, sed bonus salvatori tuo odor; ad urbis & parentum spem adhuc immaturus, sed jam maturus cœlo. Annis non attigisti senectutem, attigisti virtute; & quo cum mora temporis vix pervenire solent alii, eo celeri innocentiæ cursu festinus pervenisti. Quid multis? parentem Deo, vitam æternitate, immortalitate mortem, mundum cœlo permutâsti. Hoc morum de te innocens suavitas, hoc facilis animi in honesti studium propensio, hoc in cœlum & parentes pietas, hoc in socios & pares amor, suadent existimare. Et ut vitæ inter nos ad probitatis regulam transactæ mentionem non injiciam, cujus cum socii fuimus, testes semper erimus; qua mentis magnitudine morbum ingressus fueris, quis

Ratio Majoris & Exornatio.

Conclusio.

Minor.

enarrando satis explicabit ? Ostendisti in ju
nili pectore virilem habitare animum, quand
grassantes per membra cruciatus, & ante-ambo
lones mortis dolores invicta fortitudine sus
nuisti : atque in maximo febrium æstu, nonn
in Christi Salvatoris nomine solatium posui
Vere Christianus athleta, qui & agere hone
didicit, & fortia pati non ignoravit ; qui defi
continuo in Fixum cruci oculis cordis, t
quam in patientiæ Magistrum, cedro digna
auro voces emittebat. En, inquit, Christe J
su, à tuo pendeo nutu : si mori jubes, lubent
me morior ; si vivere placet, tibi vivere non
nuo. Cæterum in omnibus sanctissimæ vol
tati tuæ subscribo, & me ex asse dedico. Sic
rois ille vixit vitam, sic Heros mortuus est ;
juvenem adhuc occubuisse lacrumabimur ? A
sint à vultu, absint næniæ tristes & querimon
Juvenis vixit filius, vir mortuus est. Matura
tus excedere terris debet. Depositum tibi N
ra & Deus credidit : quod suum est, repet
terque. E tuis brachiis in beatitudinis si
migravit : an meliorem pater filio optaveris
cum ? Nos verò, adolescentes, quando jam u
mùm N. N. parentamus, cum JESU viv
discamus, ut cum JESU moriamur.

Conclusio repetita.

5. QUINTUS MODUS. Cum partes Sy
gismi imminuo, & ex ratione inventa duas t
tùm propositiones conficio, quarum prima
ferat alteram, & una vocatur *Antecedens*, alte
Consequens. Vocatur hic modus disponendi r
go *Enthymema*. Fit vero dupliciter. Primo, cu
una propositio nude ponitur, & altera ei per m
dum *rationis* subjicitur, exornatur, que & con
matur prolixius. Secundo, quando & *Antece*
& *Consequens* suis *rationibus* pluribus vel pauc
ribus roboratur, prout res videbitur exigere.

Exa

Exemplum. Vide supra Parte prima Cap. 11. Quæst. 3. Modo Sexto, pag. 75.

SEXTUS MODUS. Quando prius præmittitur, per discursum aliquem generalem *Expositio*, seu *Explicatio* rei illius de qua dicturi sumus; deinde verò res ipsa subnectitur, sive illa *gratulatio* fuerit, sive *salutatio*, sive quid aliud. Modus est & facilis & frequens, & cultus pro iis maximè, qui eruditionis famam volunt promereri. Constat his partibus: Primo, ponitur *Propositio*, sive sermo explicans rem de qua dicturus sum. Secundo, ponitur *Ratio* una vel plures. Tertio, *Confirmatio* seu *Exornatio*, quæ communiter accipitur ab *Exemplis*, *Sententiis*, *Symbolis*, *Similitudine*, &c. Quarto, ponitur *Conclusio*, seu illa ipsa res tua quam voles dicere. 6.

Exemplum. Si quispiam v.g. vellet conjugium sponso gratulari; orationem posset optime hoc modo construere. Primo, assumeret hanc *Propositionem*, *Felix est & eximium, invenire sibi fidelem amicum.* Secundo, daret *Rationem*; *Quia cum eo quasi prospera & adversa omnia communicare.* Tertio, confirmaret hoc ex dictis Sapientum; *Quia amicus dimidium animæ est, & sine eo omnia etiam dulcia amarescunt.* Quarto, *Gratulatio*, quod sponsus fidelem hactenus amicum diu quæsitum tandem invenerit: & ut in hac interna amicitia felices vivant, optabis. Oratorie sic. Gratulatoria conjugii.

Elaboratio. Thesaurum invenit qui amicum invenit, & votorum suorum culmen videtur attigisse. Enimvero si visceratio Lupi & Leonis vita est quæ sola est, ut *Romanus* rectè *Sapiens* existimat; annon suprema felicitatis tessera erit, eum sibi adsciviſſe, in cujus sinum arcanas pectoris cogitationes confidentius possis effundere? cum quo, veluti tecum, loqui; cujus spiritu vivere, in cujus animo securus habitare, suaviter quiescere, Propositio. Ratio.

Exornatio. assiduus lætari liceat? Certè non desipuit ille, à veritate laurum promeruit, qui *Amicum posuit animæ suæ alteram, aut dimidium sui nuncupavit*: perinde enim quasi non integer homo, sine amico est; & duntaxat in vita moratur, non vivit, magna sui parte versatile cadaver. Vos verò habe fortunas omnes, cum *Cræso*; numen candidos cum *Polycrate* felici dies; fluant ubi dormienti in gremium victoriæ, cum *Timotheo* fiat aurum quidquid tetigeris, cum *Mida*; rosa quidquid calcaveris, cum *Perseo*: nisi amicum tamen habeas, quo cum adfectus & animum commiseceas, inter fortunas & solatia *Tantali* te & *Irum* invenies. In comitiis sapientum definita veritas est, & experientiæ calculis probata perseverat, *Nullius boni sine socio jucundam possessionem esse, & absque amico etiam dulcia amara esse*. Hunc agitur amicum diu quæsitum tandem te, N.N. inveniſſe, & vaga hactenus desideria Gratulatio. domo N. N. constitisse gratulamur, & applaudimus in hodiernis mutui amoris feriis. Atque ut hæc animorum & cordium conjunctio, quæ bene precantibus superis æternam esse justitia Ecclesiæ, Patriæ, Familiis utrinque nobilissimæ ornamento sit & gloriæ, multis vocibus, sed uno corde apprecamur. Facit spem non exiguam similis splendor utriusque domus, & stirpis clarissimarum æqualitas; quæ cum concordiæ mater sit & amicitiæ parens, quidni hoc sibi rum quod vestris cordibus injecistis vinculum plus quam *Gordio Nodo* confirmabit? Vocabo vos in amplexum Majores vestri, qui cum recte gestis & nomine famam impleverunt, non difficulter cuivis allucere poterunt & facem præferre. Sed eximiæ inprimis virtutes, quæ in vultu utriusque vestrûm, velut in solenni animorum theatro, se late explicant, illa, inquam, humani-

tas, ille pudor, illa comitas, illa modestia, illæ ceteræ mentium generosarum dotes ac pedissequæ, annon æternas mutui amoris nutrices sese polliceantur? *Mollibus est verbis*, inquit Poëta, *dulcis alendus amor*: Ego satius dixerim, perennem amoris ignem ibi construi & foveri, ubi honesti fomitem supposueris.

Hic modus disponendi orationem adhuc gratior est, si discursum generalem incipias ab inopinato, seu ab aliquo adfectu & figura vivacioie, maxime in materia pathetica. Tunc enim & amiguntur animi auditorum, & statim initio capiuntur.

Exemplum. Si velles dolere supra mortem adolescentis, posses discursum communem de *imbecillitate vitæ humanæ* sic affectuose exordiri.

Elaboratio. Adhucne spes nostras in secula explicabimus? & cum unius puncti possessores esse non liceat, longas æternitatis ambages, in hac morientium Republica somniabimus? O ploranda mortalitatis felicitas! Vix è portu plerisque in altum solvere contingit, & insperatis acti tempestatibus nunquam reparabile vitæ naufragium facimus: vix in adolescente ætatis vere autumnum promittimus, & contra naturæ ordinem crudelissimam hyemem experimur. Nimirum inter mortales nihil non mortale est, & anni etiam teneriores diem cum morte partiuntur. Clarum, heu nimis clarum ante oculos nostros decumbis speculum, N. N. & de silenti tumba nimis ad mœrorem publicum vocalis, humanæ imbecillitatis exemplar peroras. Certe, si viridem ætatis tuæ statum adspicimus; floruisti Juvenis: si tui spem de te conceptam consideramus; floruisti: si omnium expectationem de tua juventute revocamus; floruisti: Si erectam tui ipsius ad omne honestum indolem memora-

Oratiuncula supra mortem adolescentis.

mus; floruisti: parenti spes & corona, scholæ decus & gloria, studiosæ juventuti sidus & exemplar. Et quem illimis morum candor, simplex animi tralucentis suavitas, innocentiæ & religionis, pietatis & studii imago non recreabat aspicientem? At ecce tecum ceciderunt omnia, ac præterquam tui desiderium & mœrorem, reliquerunt nihil. Exaruisti, (proh dolor!) pulcherrime plantarii floscule; cecidisti, formosum juventutis lilium; abiisti, spes parentum & lætitia. O duram necessitatis legem! O acerbam mortis tyrannidem! O fati inclementiam immanem! Sed frustra lamentis agimus, Auditores. Juvenis fuit N. N. sed & homo. Humanæ naturæ tributum est mori; & quicquid ortum habet, occasum exspectat. Nulli non eadem terenda semita est. Hac lege nascimur, ut moriamur. Præcessit N. N. serius aut citius omnibus sequendum est.

7. SEPTIMUS MODUS. Per *Protasin & Apodosin*: hoc est, quando Orationem incipimus ab antiquitate aliqua; sive id sit ab *Exempla*, sive à *consuetudine gentis*, sive ab *Adagio* quodam, sive à *Sententia* vel *dicto Sapientis* alicujus, sive *Hieroglyphico*, sive etiam *à Similitudine* pulchra, aut aliquo alio: deinde rem nostram ei applicamus, eamque rationibus & confirmamus & exornamus. Solet hoc fieri dupliciter. Primo, quando rem de qua dicimus simpliciter subjungimus, & subjunctam confirmamus. Secundo, quando partes *Protasis* cum partibus *Apodosis*, & membra cum membris conferimus. Modus sic disponendæ orationem venustus est, & valde usitatus eruditis, præsertim si ex occasione antiquitatis incipias discursum generalem, pertinentem ad rem de qua dicturus es.

Exemplum, Sit in hac oratione gratiarum actoria

ria, qua captivus aliquis hostis, ab Imperatore & vita & beneficiis donatus, posset gratias agere: Si sumeret pro fundamento orationis, *consuetudinem Venetorum, quâ solent singulis annis solenni plausu in mare annulum conjicere, illudque quasi sibi despondere, ac amicum facere.* Oratorie sic. Mos Venetorum.

Elaboratio. Cor hominis mare esse tempestatibus varium, Sapientissimi judicarunt olim, & nos quotidie discimus, N. N. Tamen sicut in commendationem cadunt nationes illæ, quæ quotannis consuetudinem susceperunt, injecto annulo oceanum sibi despondere, & quasi temerario hoc munere ejus fidem devincire: non secus merito in laudem veniunt illi, qui hominis cor, diversis adfectibus, quasi ventis, tempestuosum, beneficiis demerentur. Non tuæ Majestati peregrinæ opis haud indigæ, sed nostræ consuluisti varietati, his tantis ac tot muneribus uno pene temporis momento in hostes nos tuos, digna vere Imperatoris throno liberalitate, effusis. Ira cor nostrum tibi obligasti, ut excluso cogitationum æstu, in te dies noctesque sua non poterit desideria non convertere; quasi compedes injecisti, ut obæratum undequaque, ad tuum debeat nutum sponte ambulare. Orbis prædicet hanc animi tui celsitudinem, erga inimicos etiam benignam: Sciat æternitas hoc tibi Cor esse Regum, quo & tuos possis cives & hostes una complecti. Nos cum hanc throni tui assistricem clementiam adoramus, tum hanc, quam à te accepimus vitam, beneficiis impares refundimus. Hâc uti, tui erit arbitrii. Res adeò difficilis erit nulla, quam subire recusabimus, rati pulchrum pro te mori: Quod dum fecerimus, ingrati adhuc manere nobis videbimur. Gratiarum actoria Protasis. Apodosis.

OCTAVUS MODUS. Per *rejectionem*, quando

quando scilicet incipimus ab eo quod nobis contrarium est, illudque refutamus; deinde nostram opinionem subjungimus, atque ad rem quam dicere volumus, transimus. Et hic modus venustus pariter ac frequens est eruditioribus.

Exemplum. Si quis Professor v. g. vellet suis discipulis gratulantibus sibi valetudinem, respondere; posset prius assumere fabulam Momi desiderantis fenestram ad cor humanum: eamque rejiceret & ostenderet, quod per verba benevola & candide dicta, sufficienter animus videtur: deinde gratias ageret pro hac ostensione animorum dedicatione. Oratorie sic.

Responsoria ad Gratulatoriam.

Elaboratio. Pereat veritatis latro & emissarius invidiæ fatelles *Momus*, qui benevolum non minus animum in cognitionem amici devenire existimavit, nisi tralucens in pectore vitrum ad intimissimos cordis labyrinthos conspectum adhiberet: quasi vero mendax color non æque lædere oculos; & quod nunc latebris, tunc aperto dolo non posset abscondere. Verba speculum cordis esse, voces animorum imagines scire debuit; & sicut radii solem in notitiam deducunt, ita orationes animum. *Clavis pectorum lingua est*, aperit mentem qui loquitur: Et quemadmodum qui viam ad mare nescit, amnem sibi ducem eligit; ita qui ignorat mentem, qui cor indagat, per verba intelligit. Plus quam luculentos testes sumus, quando scholam hodie nostram, amoris mutui campum & gratiarum amphitheatrum, explicuimus. Produxistis imagines N. N. cordis & animorum, & me tot ornastis adfectibus, quot verbis; toti sinceri, toti lympidi, toti mei. Alter altero superior esse voluit, & dum conflictu nemo vestrûm victus est, singuli amorem evicistis. Sileant jam Athenienses, annuos amoris ferias, in quibus Amicos amicis simu-

lachri

lachra amoris mittere, solenne fuisse legimus: Coloribus illi divites animorum typos donare voluerunt; vos ipsos animos obtulistis. Accipio gratissime nobilissima munera, & quod *Æschini Socratici*, hoc vobis polliceor, vobis vos meliores restituo.

NONUS MODUS. Quando orationem incipimus aut per *extenuationem* nostræ facultatis & ingenii; aut *à magnitudine rei*, de qua dicendum est; aut *ab excellentia personæ* coram qua aut de qua dicendum; sive id fiat separatim ab his singulis, sive ab omnibus simul: Et ex occasione, generalem discursum aut *de tenuitate dicentis*, aut *de beneficii magnitudine*, aut *de excellentia personæ* laude, facimus. Possum etiam ab *optatione & voto* orationem ordiri; optando mihi aut felicitatem alicujus, aut copiam & suavitatem omnium simul oratorum, ad explicandum animum meum; & postea subjicere rem ipsam de qua dicere instituo. 9.

Exemplum. Si quis deberet nomine Reipubl. Regi gratias agere, & gratulari pro debellato hoste, posset ab extenuatione sui, & à magnitudine beneficii præstiti Reipubl. ex personæ conferentis excellentia, sic discurrere.

Elaboratio. Publicæ interpres lætitiæ, & quasi omnium lingua ad tuam Majestatem missus venio; ut singulorum animos ad Majestatis tuæ pedes explicem & deponam. Felicitas fateor est, tot cordium Atlantem fieri, sed metus & sollicitudo me revocat, ne aut ob magnitudinem oneris, obsequium tenuitate corrumpam: aut ad hoc officii minus idoneus, anxia hærenteque devotione gravius in præsentem delinquam Majestatem. Quod enim jam ex orbis comitio dari potest ingenium, quod eloquentia sua ad nomi- Gratiarum Actoria.

nis

nis tui altitudinem assurgat ; aut cum id non possit, saltim ad parem meritis venerationem gratias se demittat ? Eviciſti obſequiorum ſtrorum abundantiam, & immortales aliàs gratiarum horti, in tuis beneficiis celebrandis non deficiunt : Nec dè divite inopum penu uſitatum illud, (agimus gratias,) niſi violata benefi dignitate poſſumus expromere : ita omnis facultatis poteſtatem debiti abſtulit magnitudo. Videmus collatum Reipubl. à Tua Majeſtate beneficium in noſtri adſectus pignus præſentare, & benefactoris (ut fieri amat) ærario noſtra re mere debita ; ſed novo rurſus miraculo expe mur, plus pictorum tabulas, quam mentem po humanam ; quod illæ orbem referant, nulla ve injuria, aliqua molis : hæc tuæ Majeſtatis Rempublicam meritorum magnitudinem ita ſummam cogere non poſſit, niſi & amplitudine attenuet, & veritatem minuat. In his tamen gratitudinis noſtræ anguſtiis illud ſolari debet, quod hanc vobis (magni Principes) à natura impoſitam neceſſitatem videamus, ut eſſe non poſſitis, niſi proſitis : & ſicut ſidera lucem habent ut effundant, ita vos dotes, & animos benevolentia plenos, ut communicetis. Cum vero plurimis meritis hominum obligaſtis voluntates, hoc rurſus vicinum vobis cum Deo eſt; par recipere non poſſe, & in gloriæ ſtipendium ex beneficiis hoc duntaxat ſumitis, dediſſe. Vix dum Regem noſtrum ac Dominum, ex orbis judicio liberis ſuffragiis electus fuiſti, nondum Majeſtatis aurum capite indueras ; & jam te ſalutis publicæ & felicitatis parentem ſenſimus ; agnovimuſque luculentiſſime in tuo nomine tantum virtute muneris, ut regni famam gubernaret, animos in ſpem erigeret, cives ſecuritate firmaret, hoſtes terrore percelleret. Et quis non cohorruit

Sere-

reniſſ. Rex ad primas perduellis Moſchi ir-
ptiones : poſtquam tot annorum pacem in
llo nobis fabricando poſuiſſe audivimus, tot
lentes undique ex orbis regionibus populos
menſis ſtipendiis collegiſſe, belli molem jam
tra ſuarum fines provinciarum exportaviſſe in
egni partem, & ferro ſævire & igne, foſſas novo
ntis artificio indies duci, delineari valla, erigi
opugnacula, montes tot caſtris jam inſtructos,
as paſſim denſis cratibus ſeptiſque impeditas?
erale diluvium patriæ incumbere ominaba-
ur, & de coactis tanto turbine nubibus, ingen-
em ſanguinis pluviam, aut aliquam provinciæ
ruinam timebamus. Cum ecce tu ſerenum ſidus
ori cepiſti, & ſimul diem facere; vix ſolium
aſcendere, & tuos conſervare: Ut curantibus
tuam fatis gloriam occulte, hoſtem quoque tuæ
laudis operarium fuiſſe viderimus. Quando enim
tot ex orbis provinciis manus comparaſſe recor-
damur, vel hoc nomine factum concludimus, ut
per te in illo orbis vinceretur. Iviſti in perſona ad
eam partem Regni ubi dolor erat, & ſi quidem
jam cor & anima Reipubliçæ palpitabat anxie,
ibi ſanguinem & auxilium contra metum & ſtu-
porem ſuggeſſiſti. Erigebantur ad adventus tui
famam, quæ prope in proclivi erant, & terra illa
vires ſibi ſenſit cum ſacro tuo veſtigio imprimi.
Tum meliorem Te Reipublicæ *Mercurium* dixi-
mus, cum quocunque gladium ferres, animus
populo rediret: meliorem *Perſeum*, cum quid-
quid calcares in laurum cederet. Quis inſomnes
curas tuas Rex Potentiſſ. ſatis celebret? Quis
exantlatas Cœli injurias? quis in ceteris patien-
tiam pro dignitate exaggeret? Hoc univerſum
fatemur; tuis curis noſtram quietem; tuis vigi-
liis noſtrum ſomnum; tua inquietudine noſtram
pacem procuratam ac fundatam eſſe. E tuo ſudo-

re

re efflоruit hæc palma & gloriæ patriæ l
qua plerisque nationibus umbram facim
tua manu, secundum Deum, desiderata
pax, qua soli fere in Europa felices hac bel
tempestate fruimur; tua virtus, tua fortu
petulanti hostium fortunæ frænos injecit,
vire discere; & cum nostrum minuere so
ret, sui imperii portionem haud exiguam
ac in redemptionis tributum regno nostro
numeraret. Quis igitur nostrûm cor tibi
subjiciat? quis magnitudine beneficii & g
obrutus, eloquentiam deliquium pati no
tiat? Desideriis & votis amor & gratiæ
rant ubi vincuntur; & per me, Respublica
meritis minor, æternæ tuæ Majestati debit
vincta, superos precatur, ut diutissime te in
adorare liceat, &c.

10. DECIMUS MODUS. Quando rem
Allegoria tractamus: hoc est quando accip
alicujus *Allegoriæ* partes & adjuncta: & sim
alicujus rei laudibus vel vituperio applica
Hujusmodi *Allegoriarum* occasio, maxim
stemmatibus nobis offertur. Ut v. g. velles
ctum Turcam ab Imperatore Romano desc
re, possis ex stemmate gentis utriusque *Al*
riam formare & dicere, quod *Turcicæ Lun*
næ suis decusserit expansis alis *Aquila Rom*
& in tenebras, & noctem suam sidus hoc ba
rum compulerit. Curanda autem sunt hic d
genter duo; Primo, Ut *Allegoriæ* accipiantur
rebus non humilibus sed magnificis, quales s
res cœlestes; res naturales, quæ magni æstim
tur; res artificiales, quæ rariores & celebrio
sunt. Secundo, curandum, ne obscura fiat o
tio; ideoque apertis verbis ac simplicibus per
scenda erit.

Exemplum 1. *Exemplum.* Sit in oratiuncula in qua, *Chri*

tiens, sub *Allegoria* apiculæ mellificantis pro-
mitur sic.

Elaboratio. Salve magna cœli apis, dulcissime Christus
rvator. Satis superque, nobis te suavissimam patiens
e apem hi aculei tui probant, quos fronti tuæ sub Al-
ixisti; ut tibi aculeos, nobis mella relinqueres: legoria
que tuo capite favum salutis faceres, in quo apis
dulcissimi nectaris cellulæ, quot perforatæ mellif.
inarum aculeis rimæ essent. Horruimus hacte-
nus cognominis illius vilitatem, quando te *Ps.* 22. 6.
vermem & non hominem vocasti: quasi magnus
superbusque titulus esset Deo homini, hominem
vocari; nunc autem, cum non quemque inuti-
lem abjectumque vermem, sed apem te esse, circa
caput densissimis aculeis edocemur: amamus in
tam vili nomine suavitatem, satisque jam mellis
ad animæ pabulum, à te nobis paratum arbitra-
mur, cum sic te vocasti. Sed tibi magnæ api pa-
rum hoc fuit, nisi nobis plus de tuis doloribus
mellis faceres, ut non tam vocula quam fructu te
nobis apem probares. Ergo in hortum *Gethse-
mani* primum volasti, ut eo in loco redemptionis
mella colligere inciperes; nec alibi dignius quam
in horto apis caperêre: inde te parricidarum cru-
delès manus, tanquam ventorum tempestates, ad
iniqua judicum subsellia, cæteraque supplicia
asportarunt; & tamen quasi prata quædam na-
tus esses, ibi mel salutis fecisti, ubi felle acerbis-
simo pascebare. Nec vero hæc deformia in vul-
ne tuo sputa contemno, quoniam oris tui con-
tactu, in suavissimum nectar sunt conversa: nisi
quis forte credat, (apis paradisi) in ore tuo ali-
quid quod mel non esset, esse posse. Vulnera
quoque tua non aliter aspicio, quam in tanto al-
veari, id est, corpore tuo magna foramina, è qui-
bus Hyblæo nectare quovis gratior sanguis pro-
manavit. Ita enim (suavissima apis) etiam san-

gui-

guinem tuum mel facis, memorque te esse rem, de te ipso mel legis. Merito dulciss vocaris Salvator; quandoquidem te und sanguine, quasi suavissimo nectare perfudisti quod de *terra promissa* narratur, melle atque l affatim de tuis vulneribus manante, totus maduisti. Caput tuum plenum rore, sic in ctus demissum, indicio est, multum divini m in tuo pectore esse, indeque suave animæ lib peti oportere. Curemus ergo inutiles fuci, laboris ignari, parato à te melle de tuo pec perfruamur. Alius nobis uberior favus non e quam is, quem in corde tuo hastâ perforato, t ille amor, magnus mellis artifex aperuit. Ac hi tui nihil terrebunt, quos tu sanguine cap tui imbuisti, ut nulli terribiles essent. Den juvat ad tuum mel, ô suavissima apis, etiam aculeos pervenire.

Exemplum 2.

Exemplum aliud. Sit in illa oratiuncula in Christus patiens sub *Allegoria* horti vep consiti proponitur. Sic.

Christus sub Allegoria horti.

Oratorie. Ave delicate animarum hortule, veprium corona, tanquam armato quopiam matoque septo admodum munite. Fideliter h ctenus claudebaris; nec ulli omnino, interior pum florumque tuorum copia & pulchritu undecunque aperta fuit: nunc primum ad tot januæ quot vulnera patuerunt: per quæ pu cherrima florum tuorum forma, clarissime quolibet videri potest. Mali agricolæ Judæ omnia pulchri corporis membra ararunt: ut v tutum lilia, reliquaque animi decora, in te no tam plantarent, quam plantata aperirent. Vo tum quoque tuum, omni prato amœniorem, tu pi labiorum pectorumque fimo commaculaun ut inde fœcundi gloriæ manipuli, hilari olim hertate meterentur. In manu vero tua, in il

empe tam amplo divinarum virtutum perennimque nardorum arvo, levem plantarunt [illegible]dinem; quæ, ut ut nihil præclari habeat, [illegible]temptu tamen tuo nimium floret; & damnato [illegible] vilitatem vanitatemque homini, imperia & [illegible]na parit. Pulcher in ore tuo livor violarum [illegible]orem præfert; factæ toto in corpore maculæ, [illegible]jorem quolibet amaraco inhalant odorem; & [illegible]ot rubicunda vulnera, tot veluti pulcherrima [illegible] novo horto poma virent vernantque. Hæ [illegible]oque, ah! nimium duræ immanesque virgæ, [illegible]æ te auream vitæ arborem cæciderunt, cruore [illegible] tanquam fœcundo rigatæ imbre, in nova [illegible]mina pullulavêre, fructumque grandem ani[illegible]rum affatim protulere: ut non jam rudium [illegible]aniumque virgarum, sed nobilium palma[illegible] sed pulcherrimarum laurearum habeant [illegible]tatem. Botri loco cor tuum pono, è quo [illegible] optima animæ vina, sanguis nimirum & a[illegible] largo flumine manarunt. O hortum [illegible]ctuum florumque varietate fœcundum! [illegible]eam hac aurea ubertate ornatam! Parco [illegible] tuæ crudelitati barbara carnificum furia, parco, pulcherrimoque huic horto meo veprium [illegible] te super injectam molem, non adeò graviter fe[illegible]; siquidem inde armatum tutumque vallum [illegible] munimentum horto meo paratum animadverto. Flore beate, hortule flore, & ne quid à me quoque operarum requiratur, hanc meam, tanquam exiguæ aviculæ cantilenam in te, audiri admitte.

Exemplum aliud. Sit in illa Oratione gratulatoria novi anni, in qua annus sub *Allegoria* maris proponitur: sic v.g.

Exemplum 3. Gratulatoria novi anni sub Allegoria maris.

Oratorie. Anno velut mari committimur, per tot undas vehendi, quot dies; per tot fluctus & procellas, quot horas & momenta. Ecce ad por-

portum adhuc & prope littus consistimus; quid (quod prudentiores nautæ in consiliis habent votis vela instruimus? ducem itineris cœlestem dus intuemur? magnetem cursus magistrum pedimus? O Auguste temporis & fortunæ perator, qui educis de thesauris ventos, lenem voris Zephyrum adspira! aut si mavis, nobi gratiæ tuæ Favonium, ut siccis oculis mon natantia, decertantem aquilonibus Affric naufragos fluctus, sonoras tempestates, & si q alios occasio objecerit scopulos, felici progr transeamus. Sed quid undas, quid procellas horrescimus? cœlestem hodie Cynosuram, men Jesu accepimus; non mergendi certò, si tatem in magnetem adhibeamus: mugiat cella, & madidam minitetur mortem: Jesum ca; vita est, sedabit. Misceant cœlum terram venti; Jesum aspice & obmutescent. Diem piat tempestas, & *Ponto nox incubet atra*: Je intuere; lux est, fugabit. Irruant balenæ, & grandia, aut si quod monstrum mare par crudelius: ad Jesum curre, asylum est, tuebi Melius cum Jesu, quam sua fortuna Cæsar, vigabis; & quasi ferres Halcyona, quocun ratem direxeris, malaciam facies. Quis e saluti nocere præsumat, ubi salutis tuæ cu dem ipsam salutem viderit? Ite felices tempo nautæ, & jam decisis rudentibus, mergite mos, transcendite fluctus; cursus ego vestr socium porrigo, & votis meis ac desideriis, Je itineris annui rectorem ac portum, non m exopto, quam exoro.

CAPUT III.

De Orationibus Sponsalitiis.

Tanta est orationum prodigalitas, quibus nuptias exornant hocce seculo, ut in catalogum redigere fere operosum sit. De quadruplicibus hic agere tantum est animus; nempe de *Sponsalitiis*, de *Nuptialibus* & *Epithalamicis*, deque *Munerum Oblatoriis*; nam vel hæ celebriores sunt, vel ad eas ceteræ revocantur. Jam vero *Sponsalitiæ orationes* illæ dicuntur, in quibus Sponsa à parentibus impetratur, vel per amicos Sponsi, vel aliquando per ipsum Sponsum: & parentes vel patroni Sponsæ respondent, vel promittendo, vel negando, vel differendo. Sit itaque Orationes Sponsalitiæ quæ dicantur.

QUÆSTIO I.

Observa secundo, interdum contingere ut alter conjugum conditione inferior sit altero, nec adeò clarus, ut cum dignitate ex familia & majoribus laudari possit: tunc ergo prudens orator vel communem locum de nobilitate tractet; vel in utraque oratione tam traditoria quam responsoria nobiliorem Conjugem laudet, non instituendo comparationem familiarum, sed potius dicat, æstimandum beneficium esse, quod talis ac tantus eam personam ambierit. Laudet ergo prolixius ejus virtutes & dotes, cujus natales laudare non poterit.

Sententiæ huic materiæ servientes.

Domus & divitiæ dantur à parentibus; à Domino autem prudens uxor. Oratoria supellex.

Mulier digna corona est viro suo. Prov.

Mulieris bonæ beatus vir, nam numerus duplicatur dierum ipsius. Eccl. 9.

Gratia super gratiam mulier sancta & pudica. Eccl. 16.

Conjugio ornatus, speciosa vinctus es catena, unde te sola mors liberet. Petrar.

Ne maneas sine nuptiis, ne sine nomine pereas. Phocyl.

Amor conjugalis naturam nostram pessùm [illegible] *generando resuscitat.* Plutar.

Amicus animæ custos est. Gregor.

Amicus est una anima duo corpora fere[nt]. Idem.

Inimicitiæ terminos cognosce, amicitiæ nul[los]. Idem.

Quot amicos paraveris, tot oculos habebis, quibu[s] *quæ velis videas: tot aures, quibus quæ decet a*[u]*dias; tot consilia, quibus de iis quæ conducunt co*[n]*sultare possis.* Chrys.

Nihil æquè ægrum reficit sicut amicorum adfec[tus] *non judico me mori, cum illos superstites relinqu*[o], *puto me victurum non cum illis, sed per illos.* Se[n]eca.

Non exercitus, neque thesauri præsidia regni su[nt], *sed amici.* Sallust.

Nulla est pretiosior possessio bono veroque amic[o] *nec aliunde plus fructus ac voluptatis capitur.* Se[n]eca.

Amici non debent esse ut supputatorii calculi, q[ui] *interdum valent multa millia, interdum nummum, i*[n]*terdum nihil.* Solon.

Tota domus duo sunt, iidem parentque jubentq[ue]. Ovid.

Tristia omnia vince, aut animo, aut amico. A[no]nonym.

Satis magnum regnum est marito uxor & libe[ri]. Eurip.

Optimæ sunt divitiæ generosam invenisse con[iu]*gem.* Menander.

Virtutis pretium est generosa mulier. Alexand[er]

Genus humanum sociale est, ipsius autem soci[e]*tatis principium est conjugium.* Athenæus.

Conjunx aut perenne refugium, aut perenne tor[-]*mentum.* Fulgent.

Bonum maritum agere, quam in Republ. [ge]*rere*

gnum virum esse, plures veteres amplius censuerunt. Alexand.

Conjugium genus hominum immortale reddit. Plato.

Inter conjuges pullulent quotidie gratia, amor mutuus, atque fides. Plutar.

Vxor existimet mariti mores esse legem vitæ suæ impositam quam sequatur. Aristot.

Quod honestius levamen quam assumere conjugem prosperis dubiisque sociam? Tacit.

Tanto uxor est honoratior, quanto amplius virum honorat. Hieron.

Concordia fulciuntur opes.

Conjugum dissensio est totius domus perturbatio. Augustin.

Similes sunt senectus & nuptiæ, utrumque consequi desideramus; postquam vero nacti fuerimus, tristamur. Theadat.

Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem. Ecclesiast. 36.

Qui verè amicus est, omni tempore amicus est. Cassiodor.

Pulchra mulier est sæpe inaurata pillula, formosa videndum, acerba ad sumendum. Aurelius Imp.

Exempla & alia.

Themistocles dicere solebat, *eligendum potius esse virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro*: Stobæus. alluſit ad *Diogenis* dictum, qui viso divite indocto, *en*, inquiebat, *ovis aurea!* ovis propter stultitiam, aurea propter divitias. Themistoc. Diogenes.

Democritus dicebat, *eum qui bonum genorum natum esset, invenisse filium*: *eum autem qui malum, perdidisse & filium.* Idem. Democritus.

Olympius dicebat, quidam nec auribus, nec oculis, sed digitis uxorem ducunt, solam spectantes dotem. Eras. l. 5. Olympius.

Socrates consultus à quopiam adolescente, Socrat.

an uxor ducenda esset? dixit; Pisces qui nondum intra nassam sunt, volunt intrare; qui autem jam intus sunt, volunt exire: sic tu vide ne idem tibi contingat. Anton. part. 2.

Epaminond. Epaminondas reprehensus à Pelopida, quod celebs viveret; non curas tu, inquit, rempublicam Epaminonda, qui nullos post te filios relinquis, quorum manu salus patriæ defendi possit. Brisson.

Socrat. Socrates dicere solebat, normam conjugii virum esse. Anton.

Uxor Phocionis. Phocionis uxor interrogata, quare auro & muliebri splendore non uteretur: Satis, inquit, auris magnus ornatus est viri sui virtus. Idem.

Vel ut alibi dixisse fertur, meus ornatus non est talis, sed Phocion me ornat, jam vicies Athenensium Imperator. Sabell.

Conjugii symbolum. Lucerna ardens apud Onocritas symbolum conjugii fuit. Quia amore conjugium ardere, fama lucere, calamitatum tenebras pellere, & solatium mutuo convictu debet.

Artemisia. Artemisia Cariæ Regina, Mausolum virum suum defunctum eo honore & amore prosecuta est, ut mortuum intra se sepeliverit; nam cineres defuncti vino immiscens, paulatim ebibit: deinde sepulchrum ei, Mausoleum dictum, & inter orbis septem miracula connumeratum, construxit; ad funus quoque ex tota Græcia principes oratorum convocavit. Valer. Maximus 4.

Democ. filia. Democio. Areopagitæ filia, mortuo Sponso negavit se alteri nupturam, dicens, aliis quidem mortuum esse, sibi tamen adhuc virum vivere. Hieron. ad Jovianum.

Prothesilai uxor. Prothesilao sub Troja occiso, uxor ejus Laodamia in solatium mœroris orabat, ut saltem umbram mortui viri videre posset; quod cum impetrasset, præ gaudio, in amplexu umbræ exspiravit. Propert.

Philip-

Philippides dicebat, bini cum uxore sunt jucundissimi dies, unus quo ducitur, alter quo mortua effertur. Floril. mag. sub tit. Nupt. Philippides.

Antiphanes ajebat, infortunium extremum nuptias esse. Ibidem. Antiphanes.

Diogenes dicebat amorem esse otiosorum negotium, eo quod plerumque adfectus otio deditos invadat. Laërtius lib. 6. Diogenes.

Cato major aiebat amantis animum in alieno corpore vivere, & animam illic potius esse ubi amat, quam ubi animat. Plutar. in ejus vita. Cato Major.

Quemadmodum radius à sole, calor ab igne, frigus à glacie, candor à nive nequeunt separari: ita ab amore divelli non possunt benevolentia, societas, necessitudo, concordia. Philip. Beroaldus. Amoris adjuncta.

Apud *Plautum* senex *amorem* appellat *Deum* Amor Deus mundi-tiæ. *munditiantem*, seu *omnis elegantiæ & munditiarum patrem, eumque nitoribus nitidissimis antecellere.* Plautus.

Qui amorum agmina depingere solent, pingunt eos plerumque malis colludere, & inter arbores poma decerpere, abrodere, jactare, &c. Pierius l. 4. Amor ludibundus.

Martia Catonis filia quæsita quare post mortem mariti cum alio copulari nollet, respondit; quia non facile virum invenio qui me magis velit quam mea. Erasl. l. 8. Apoph. Martia Catonis filia.

Portia cum diutius defunctum virum lugeret, rogata, *quem esset diem ultimum habitura luctus*, respondit, *eum quem & vitæ.* Idem. Portia.

Cato dicebat, si sine uxoribus mundus esse posset, vita nostra non esset sine Diis. Idem. Cato.

Idem dicebat, cum uxoribus incommode vivitur, sed sine illis non vivitur omnino: unde uxor quid est, nisi necessarium malum?

Alphonsus dicere solebat, tunc matrimonium tranquille & citra querimonias posse exigi, si maritus surdus fiat, uxor cæca, hoc est, si garruli- Alphonsus.

tatem patiatur uxoris maritus, & uxor non laboret suspicionibus malis de marito. *Erasm.*

Antisthenes. *Antisthenes ajebat, uxorem ducere, debetur naturæ & patriæ; nam rem propius intuenti* (inquit Plutarchus) *non ita magnum discrimen est inter eum qui civem occidit, & qui civem reipubl. dare posit, recusat.* Diog. Laert. l. 6. c. 1. in Lacon.

Democritus. *Democritus interrogatus cur pusillam uxorem duxisset,* respondit, *ego ex omnibus malis minima elegi.* Anton. serm. de mulier. for.

Vxor cuidam onus grave. *Periclitantibus quibusdam in mari, at jam prope naufragium subeuntibus, cum nauta dixisset, ut electis oneribus levarent navim, alii merces ejiciebant, & quæ habebant onera; unus arreptam auream in mare projecit, eam sibi gravissimum onus ejiciendo.* Facetiæ Polon.

Aristippus. *Aristippus mulierem parvam sed pulchram conspicatus; parvum quidem pulchrum,* inquit, *magnum autem malum.* Anton. serm. de mulier. fort.

Protagor. *Protagoras* quæsitus, cur inimico filiam suam nuptum dodisset, *quia,* inquit, *nihil illi damnosiorem deterius.* Idem. serm. de mul. imper.

Mulier mala. Philosophus quispiam interrogatus quid esset *mulier mala?* respondit, *viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua conviva, lœna conspectens, exornata Scylla, animal malitiosum, malum necessarium.* Maximus serm. 9.

Causæ nubendi ex antiquitate.

Causæ nubendi antiq. *Apud Carmanos nemo uxorem ducebat, nisi prius hostis caput prius ad regem detulisset.* Alex. ab Alex.

Mos Carm. Indorum. *Apud Indos ille in præmium accipiebat conjugem qui in pugnis & lucta prævaluisset.* Arrianus l. 8. de regib. Nem

Nemo inibat connubium nisi qui hostem confecisset apud Amazones; idem Stobæus de Sauromatis; Et *Mela* lib. 1. *de populis circa Meotim adfirmat.* Alex. M. Herodotus l. 4. Amazonum & alior.

Apud Persicam gentem, mulier equitandi perita jus habebat nubendi; sic enim ait Historicus, *quæ optime judicatur quadrigas ducere, cuicunque vult, nubit.* Strabo l. 1. Persarum.

Ornatus nubentium apud antiquos.

Nubentium ornatus.

Apud Romanos, induebat Sponsa rectam tunicam & togam puram; Erat autem toga pura, vestis quam nullus purpureus limbus prætexebat, neque adscitus alter color candorem ejus ullo modo vitiabat: unde *candidus umbo* vocatur apud *Persium*. Tunica autem recta fuit purpurea & picta; Inde fortè & hodierna consuetudo apud plerosque inolevit, ut vestes albæ sumantur ab iis qui matrimonii fœdus sunt inituri. Apud Romanos.

Tanaquil omnium prima (teste Plinio) rectam tunicam fecit, quam simul cum toga pura tyrones induebant, novæque nuptæ. Erat vero hæc vestis miri candoris, subtilitatis, & odoris, & fortunæ consecrata. Unde & vestis fortunæ dicta fuit. Non cuivis verò concedebatur, sed ei tantum qui virtutibus & probitate famam meruerat, eaque uti tantum quadrante horæ licitum fuit. *Servio* tamen *Tullio*, qui natus, radios circa caput & flammam habuisse sine damno visus est, concessum fuit, integro die ea veste uti. *Dion.* l. 4. Addit *Varro* hanc vestem ad *Sejani* tempora duraviisse, & ideo dictam fuisse vestem immortalitatis. Tanaquil tunicæ rectæ inventrix. Servius Tull. Vestis immortalitatis.

Apud Hebræos quamdiu Sponsa statum virginalem profitebantur, tunicis albis utebantur; quibus in introductione solenni injiciebant floribus pictam vestem. Hinc apud *Philonem* filia cujusdam à spe con- Apud Hebræos.

conjugii lapsa, inducitur sic loquens; & alb... *quam nevit mater mea, tinea comedet eam.*

Hieronym. de Hebræorum veste clypeata.

Divus *Hieronymus* in illa verba, *In fimbriis ... reis circumamicta varietatibus*; dicit *vestem Sp... sarum apud Hebræos scutulatam fuisse*, dict... *vestem clypeatam, eo quod clypei acu picti in ea ... rint, & in clypeis singulis, singulæ majorum ... nes.* Hinc Sponsa majoribus suis indut... Sponsum ducebatur.

Corollæ.

Ex verbena & floribus nectebat olim sponsa ... lam, eamque sub amiculo ad virum deferebat; ... hæ corollæ quando ex variis floribus erant nexæ, ... pellabantur Pancarpiæ. Fest. Pompejus lib. 3.

In Bœotia.

In Bœotia Sponsam asparago coronant, ut ... Plutarchus de connubio. *Fit autem ad sig... candam urbanam jucundamque vitæ societa...* Nam asparagus, ut dicitur, fundit suavem ... ctum ex spina asperrima.

Lusitani.

Apud Lusitanos ex solis rosis debebant esse ... sponsalitia. Strabo l. 3.

Græci hasta caput comeb. Sponsæ.

Apud Græcos caput Sponsæ hasta gladiatoris ... batur, & crines discriminabantur: sed hasta hæc ... lum debuit caput mortui tetigisse. In quæst. Ro... num. 87. ejus rei *Plutarchus* dat triplicem ... sam: Prima, ut monerentur nuptæ, quod l... licosis viris jungerentur, ideo ipsas debere ... luxu & mollitie alienas, simplici ornatu uti... cunda, ut innueretur hoc solo ferro conjug... discissum iri. Tertia, quia pleraque ad nup... pertinentia ad *Iunonem* referuntur: *Iunoni... tem sacra habetur hasta, & plerumque ejus sta... stis nitebantur.* Quartam dat *Alexander ab Ale... dro: Opinari*, inquit, *licet quasi fortes ea de ... viros genituram se ominetur.* In Genial. dier. Qu... ta, ut hoc signo subditam se sponsi disci... fateretur.

Flammeum.

Flammeo etiam caput tegebant; dependeb...

...nia ut vultum tegeret; erat autem lutei coloris: Ovid. l. 4. Fastor. causa à Festo l. 1. cap. 6. datur; Flammeo, inquit, amicitur nubens boni ominis causâ: quod assidue eo uteretur Flaminis uxor, cui non...bat divortium facere. Idem mos fuit apud ...rtanos & alias nationes, ut prodeuntes foras ...llæ vel totam faciem vel dimidiam vela-...nt.

Cingulo cingebatur Romana Sponsa ex ovis lana ...xto, quod Herculano nodo cinctum erat. Fest. l. 3. ...le Junoni natum nomen ut Cinctia dicere-... Romani.

Athenis in usu erat, ut Sponsi caput caricis & ...arum fructibus inspergeretur. Idem fiebat servis ...is, qui primò domum dominorum ingredieban-... Alex. ab Alex. l. 2. c. 5. Athenæ.

...rabantur Sponsæ monili, & tunc exsecraban- ...monile filiæ Martis, quod fingebatur adeo infau-...esse gestantibus, ut vel discordiam conjugum, vel ...quem interitum insolitum portenderet. Natalis ...mes. Monile.

Sponsi & Sponsæ solebant coronari fere apud ...es gentes: Sic enim Tertullianus inquit; coro-... & nuptiæ Sponsos. Tert. de coron. mil. c. 13. ...e mos manavit ab Adam, qui Evam gramine ...dissimo dicitur coronasse, quando eam Deus ...se adduxit. Coronæ istæ erant prius è flori-...textæ, postea etiam aureæ. Et inde natum ut ...onsæ reginæ, Sponsi reges vocarentur. Et in ...is literis vox Hebræa quæ est uxor, dicitur ...m regina. Benè ergo dixit Chrysostomus, cuili-...viro regnum ejus est conjunx. Coronantur Sponsi. Adam primus coronavit Evam gramine.

Apud Ceos, sponsus Sponsalia initurus, muliebri ...e induitur. Plutar. in Lycurg. Apud Ceos & Spartan.

Apud Spartanos verò, Sponsa capite raso in indu-...to virili ad Sponsum deducitur.

In

Anglorum mos. *In Angliâ Sponſa corona ſpinea redimitur, nu illam gerere debet.* Pol. Virgil. l. 1. cap. 4. Invent.

Modus nubendi.

Nubendi modus. *Apud Romanos, ignem & aquam in limi poſitam ambo tangere jubebantur, qua etiam nupta aſpergebatur; quaſi eo fœdere, eterni eſſent copulati.* Varro l. 4. de ling. Lat. C dat *Feſtus Pompejus*, lib. 1. *aqua & igni in ſolet*, inquit, *damnatis: contrà acceptum videlicet quia hæ duæ res humanam vitam continent.* Clariùs *Plutarchus*, *ignis*, inquit, ſtrat, *aqua purgat: debet autem quæ nubit, ſ tem & caſtimoniam ſervare.*

Apud Maced. *Alexander Magnus more patrio panem d gladio cum Sponſa libavit.* Curtius lib. 8. Ha erat apud Macedones ſanctiſſimi matri ſignum.

Apud Galatas. *Apud Galatas, inituri connubium ex eodem bibebant.* Plutar lib. 8.

Romulus. *Romulus in communicatione panis & ſ tur iniviſſe matrimonium.* Dion. Halic. lib.

Latini. *Apud Latinos, Sponſus & Sponſa amic purpurea candido colore diſtincta, aut veſt lore, jugum ſubibant:* unde *Iuno Iugalis* Virgilius:

Iunoni ante omnes cui vincla jugal lib. 4 Æneid.

Perſæ & Medi. *Perſæ & Medi inibant matrimonium de tis.* Arrian. lib. 3.

Galli. *Apud Gallos, ſignum electi mariti erat, manibus dediſſe.* Juſtin. l. 4.

Maſſil. *Apud Maſſilienſes, cui Sponſa phialen porrexiſſet, ei nubebat.* Athenæus l. 4. c.

Gothi. *Apud Gothos, quando ſacerdos benedict lum porrigit, adſtantes impingunt colaph* Olaus cap. 14.

Apud Anglos, Sponsa à sacerdote benedicta incipit in templo bibere, Sponso & reliquis idem facientibus. Pol. Virgil. l. 1. c. 4. Angli.

Megarenses Sponsum cum Sponsa copulaturi, eosdem à templi vestibulo usque ad altare pugnis concutiebant. Binetus. Indicantes neminem ad gaudia pervenire, nisi per tolerantiam adversorum. Megarenses.

Sacrificia nuptialia.

Apud Hetruscos, in conjunctione nuptiali porcam immolabant. Al. ab Alex. Sacrificia. Hetrus.

Apud Græcos, in epithalamio Deos præsides nuptiarum invocabant, videlicet, *Iovem adultum; Iunonem adultam; Dianam suadelam.* Plutar. in quæst. Græca: l. 1. c. 2. Græci.

Apud Bœotios & Locros, nihil erat in Sponsalibus firmum, nisi Sponsus & Sponsa in ara ecclesiæ virgini dicata prius libarent: Plutar. in Aristide. Bœotii.

Dum nuberent, invocabatur *Deus Iugatinus:* dum nupta domum duceretur, *Deus Domiducus:* ut domi esset, *Domicitius:* ut cum viro maneret, *Manterna:* cum postes ungerentur, *Iuno Vnxia.*

Erat Romæ *templum Fortunæ muliebris* in memoriam *Veturiæ & Volumniæ* dedicatum, id est, matris & uxoris *Coriolani*: cum dedicaretur ei simulacrum, auditæ bis sunt voces hæ, *Ritè me matronæ vidistis, & ritè dedicastis.* Valer. Max. l. 1. cap. 8. num. 4. lib. 8. Addit *Dion. Halicarnasseus, quod monitu primæ sacerdotis sit institutum, quod hoc simulacrum solæ novæ nuptæ coronarent.* Fortuna muliebris.

Modus deducendi Sponsam.

Romani non patiuntur nuptam transcendere limen, sed sublata transportatur à pronubis. Hujus rei tres causas dat autor: Prima, *quia in raptu non ultro intraverunt mulieres domos, sed illatæ* Romani.

sunt,

sunt, ut Livius lib. secundo. Secunda, *quia videri volunt non volentes, sed vi coactæ eo ingredi.* Tertia, *quia hoc signum est eas exire etiam, domumque relinquere non debere, nisi vi ejiciantur sicut vi introducuntur.* Plutarchus in quæst. Rom. num. 15. Nam etiam in *Bœotia* in nuptiis axem plaustri ante fores comburunt: significantes Sponsam hic jam manendum esse, sublato avehendi instrumento. Quartam causam subjungit *Cicero* de claris oratoribus, ubi de *Scipionis* familia dicit, *ex duarum familiarum conjunctione, gloriam stirpis in unam domum velut in unam arborem inseri:* hoc igitur modo illiminatur Sponsa, seu in limen infertur alienæ familiæ; ut ibi nomen suum deponat, novumque Sponsi induat.

Cajus, Caja.

Sponsa introiens domum Sponsi, debuit dicere, ubi tu Cajus ego Caja: Plutar. cujus rei duas dat causas. Primo, *quia Sponsa hac conditione intrat, ut particeps omnium rerum & gubernationis fiat.* Itaque hæc verba hoc significant; ubi tu dominus eris & paterfamilias, ego domina ero & materfamilias. Secundo, *quia Caja Tarquinii Prisci regis uxor optima lanifica fuit: ideò institutum, ut novæ nuptæ ante mariti januam interrogatæ quomodo vocarentur, Cajam se esse dicerent.*

Romana Sponsa.

Romana Sponsa domo egressa, ibat præcedente tibicine & eo qui canebat Hymenæum, colum secum ferens & fusum cum stamine. Valer. Max. Cantabatur autem sic, *Hymen, ô Hymenæe Hymen: ades ô Hymenæe.* Fiebat autem in gratiam *Hymeniæ Dei nuptiarum*, qui à *Græcis* pariter & *Latinis* colebatur, & pingebatur *coronatus floribus & amaraco, dextra facem tenens, sinistra flammeum, in pedibus croceos soccos habens.*

Hymenæus Deus Nupt.

Pueri ductores Sponsæ.

Apud eosdem, ducebant Sponsam duo pueri qui ex eodem patre & matre sunt nati, seu (ut Festus ait) *quorum uterque parens in vivis esset; tertius*

autem præibat, & præferebat facem ex spina alba: fax vero hæc dicebatur prælux, & rapiebatur ab amicis, ne forte illam cito vir ferret in sepulchrum, ut ibi comburetur, quod erat ominosum. *Plutarchus* dicit *quòd quinque præferebantur faces, & dat causam: quia impar numerus diffindi pariter non posit; quinarius vero maxime congruit nuptiis: nam ternarius primus est de imparibus, binarius primus de paribus; ex his tanquam mare & fœmina nascitur quinarius.* In quæst. Rom. Faces.

Apud Græcos, medio in curru Sponsa locabatur; comitabatur eam Sponsus, & adsinis aliquis necessarius, qui Parochus dicebatur eo quod pedibus iret. Rodig. l. 4. c. 15. Græci.

Morem fuisse apud eosdem fertur, ut Sponsam invivi domum euntem, puer spina & glande querna obsitus præcederet; & canistrum panis præferens clamaret, effugi malum, inveni bonum.

Apud Romanos, Sponsa in domum sponsi deducta in gyrum vertebatur: causam dat, ne scilicet viam sciret ad paternas ædes. Tiraquellus. Roman.

Modus disponendæ domus quam nupta ingrediebatur.

Ianua cingebatur lana apud Romanos, & lauro exornabatur. Sponsa vero ingrediens, postes vittis laneis attingebat, & oleo vel adipe suillo vel lupino inungi jubebat, ne quid pernicioſæ pestis irreperet. Plinius l. 28. c. 9. Et ab hac unctione quam novæ nuptæ faciebant, dicit *Servius* dictas uxores quasi unxores. Roman. Vxores quasi unxor. Fel.

Alii felle nigri canis suffitum faciebant: alii in villarum foribus ponebant rostrum lupi, ne quid periret aut fascinaretur. Alii caput Draconis limini subjiciebant; alii Stellam marinam vulpino sanguine illitam, ne quid periculi aut noxæ foret, defigebant. Rostr. lupi. Caput. Drac. Stella.

Al,

Al. ab Alex. Horat. lib. 1. Sat. 8. Plin. lib. 3. c. 4.

Focus accendebatur à Sponsa, & depositio nummo, in signum cultus Larium, pluribus ornabatur corollis: ædium vero fores exornabantur floribus & frondibus. Varro.

Cibus.

Cibus nubentium.

Succus papaveris.

Sponsis apponebatur papaveris succus lacte & melle dilutus. Ovid. lib. 4.

Persæ malum.

Apud Persas malum edebatur aut cameli medulla: nec licebat alieno cibo vesci eo die. Fastor. Sabo.

Thymiama.

Babylonii & Arabes thymiama gustabant. Herod. lib. 1.

Cydonium malum.

Ex Solonis instituto malum Cydonium epulis nuptialibus adhibebatur. Plutar.

Repotia.

Repotia apud novum maritum postridie nuptiarum dabantur, & jam Sponsa dominam agebat clavis adhæc ei tunc porrigebatur. Apoll. lib. 2.

Ritus.

Ritus nubendi.

Cimbr.

Cimbri in more habebant, ut ipso nuptiarum die postquam inter propinquos de matrimonio convenerat, Sponsus ungues sibi demeret, Sponsæque pro segmina mitteret, & Sponsa vicissim Sponso; quæ si invicem accepissent, mox pro justis conjugibus habebantur. Guevatra in Horol. Princip.

Teutones.

Teutonum ritu, Sponsus Sponsæ, & Sponsa Sponsi caput radebat; quod simul atque uterque consensu mutuo fecissent, nuptias celebrabant. Idem.

Armenii.

Armeniis lex fuit, ut Sponsus dextram auris Sponsæ, Sponsa vero Sponsi aurem sinistram perforaret, quo facto & illa se illius conjugem, & ille hujus maritum testabatur. Idem.

Elamitæ.

Elamitis solenne fuit, ut Sponsæ digitum annularem Sponsus pungeret, & sanguinem inde manantem sugeret; & Sponsa itidem digitum annularem Sponsi pungeret, & simul atque sanguinem alter alterius è digitis libasset, conjuges erant.

Numidæ habuerunt in more, ut Sponsus in terram faceret, idemque sponsa faceret, lutoque ex ambobus sputis temperato, mox sponsus sponsæ, & ipsa sponsi frontem illineret, & sic lutum alterutrinque signum contracti conjugii erat. Idem. Numidæ.

Daci nuptias celebraturi, certum in locum sponsum sponsamque devehebant, quò cum convenissent, sponsus novum nomen sponsæ quod libuerat, itemque ipsa sponso vicissim imponebant: quæ nominum impositio, si ab utroque rata habebatur, signum erat contracti conjugii. Idem. Daci.

Apud Pannonas, nuptiarum initio Deum familiarem quem Larem vocabant, id est Deum domesticum, sponsus sponsæ ex argento factum, itemque ipsa sponso Deum suum argenteum mittebat; & postquam alterius Deum alter acceperat, jam conjugati erant. Idem. Pannonæ.

Apud Thraces, nova nupta ferramento subtilissimo cudente, quendam characterem fronti novi mariti inurebat, sponsus vicissim in fronte sponsæ; quibus cauteriis notati conjuges habebantur. Idem. Thraces.

Sicyoniorum lex nuptialis fuit, ut sponsus sponsæ, & sponsa sponso calceum mitteret; quod si alter alterius calceum accepisset, signum erat contracti matrimonii. Idem. Sicyonii.

Tarentini in more habebant, ut nupturi mensæ accumberent, & sponsus sponsæ & sponsa vicissim sponsi manu ingesta comederet; quod si per incuriam aliquis eorum propria manu in os ingereret cibum, ut firmum nec ratum erat conjugium. Idem. Tarentini.

Scythis lex erat, ut quemadmodum nostro ævo matrimonium inituri manus dant & accipiunt, ita pedibus sponsus sponsæ pedes, genua genibus, manibus manus, cubitos cubitis, capite caput tangeret; & eadem postquam inter se complexi erant, satis confirmatum habebatur matrimonium. Idem. Scythæ.

Sym-

Symbola nuptialia.

Cyri laboriosa conjunx.

Cyro regi spectaculo se oblectanti in scenam duxerunt tres fratres sororem colum nentem, et adaquantem, & amphoram cum aqua. Miranti virginem, & quæ sit quærenti, fratres responderunt sororem suam esse. Placuit regi tam laboriosa virgo, eamque in uxorem duxit. Idem. Hæc

Ejus symbolum.

regina facta, in sua corona insculpi formicam & apem *symbolum* sui laboris, cum lemmate HOC EXSTO QUOD GESTO; in templo vero sua excidi curavit colum, amphoram, fusum.

Ægytiorum torques.

Ægyptii ornabant filias suas etiam parvulas torquibus: & ab aliis pro torquibus filiæ suæ erogabant. In his torquibus figuræ erant sex; Prima, turtur, *cum lemmate;* SIC SOLA. *Secunda,* columba, *cum lemmate;* SIC CASTA. *Tertia,* aquila, *cum lemmate;* SIC PROMPTA. *Quarta,* ciconia, *cum lemmate;* SIC PIA. *Quinta,* noctua, *cum lemmate;* SIC VIGILANS. *Sexta,* alauda, *cum lemmate;* SIC SANCTA AUT DEVOTA.

Porphyrites.

Pausaniæ inquit, *tacta virginem ut Porphyriten. Porphyrites* vero lapis est, in quidquid vis sculpere possis. *Fulvius* sculpsit in illo virginem super testudine stem; à partibus duos serpentes; in dexteranu pomum stellatum, lævâ corniculam pabat; ex capite crescebat palma. *Hoc symvirginis est.* In testudine stat, ut sciat vi convenire graviter & tardè moveri. Serpà lateribus significant, ut sit sapiens & circ specta ubique. Pomum stellatum notat, cœlum habeat in operibus manuum, & tutibus velut stellis vitam suam ornet. niculam pellit, ut non sit garrula & lic sa. Palma crescit ex capite, quia virgo vi

Virginis Symbol.

ebet virtute sua omnes pravas cogitationes & esideria.

Iohannes quidam Dux Mediolanensis Leonoræ nsæ duos annulos misit, in quorum singulis, sin- le gemmæ erant pretiosissimæ. In gemmarum una ptum erat AVE, *in Secunda* AGE, id est, Sa- o te, & rogo ut facias hoc quod faciendum omisisti. *Leonora hæc remisit tale hieroglyphi- m; duas lances aureas, & in una verbum* EX- ENDI, *in altera verbum* APPENDI *posuit*; est, consideravi hoc quod petis, & ad pectus eum appendi seu admisi. Platina.

Dux Mediola. Sponsæ annulum mittit: remittit illa lances aureas.

Athenienses singulis annis festum amoris cele- bant; in quo mutuæ caritatis symbola depicta ponebant, & specialiter amorem invicem aut ciliabant aut redintegrabant. Alii ergo Geminos, ii Castorem & Pollucem, alii alia caritatis symbo- promebant. Tympius.

Athenienses Festum amoris celebr.

Antiqui scite admodum ac perbelle amici guram descripsêre. Pingebant insignis formæ lescentem, *capite nudatum, hirsuta veste indu- m, in cujus fimbria scriptum erat*, VITA ET ORS; *in fronte*, HYEMS ET ÆSTAS; *bat latus usque ad cor apertum, ubi hæc aurea legebantur*, PROPE ET LONGE: Petr. uffus lib. de privilegiis. Hæc autem omnia gnia quædam documenta præmonstrabant. id ætas viridis? quod vera amicitia virescat per, tempore senescat nullo. Quid villosa is adumbrat? quod fidelis amicus debeat e paratus ad toleranda quælibet ardua pro ico. Detectum caput indicat, amicum nun- am esse negandum. Latus apertum quid? in- it amicum esse diligendum non ore tantùm, corde & opere. In *fronte* hyems & æstas; ia verus amicus, tam in prosperis quàm in ad- rsis leges amicitiæ conservat. Circa cor erant

Amici pictura.

hæc

hæc duo verba literis aureis exarata, *Prope Longe*: hinc deducitur, quod veri amici etiam absentes, tanquam præsentes se mutuo gunt; distantia enim loci non tollit amicitiæ Corpora quidem, sed non corda animosque parat. In fimbria mors & vita; quid hinc vere diligit, usque ad mortem amat.

Symbolum aliud.

Huc quadrat quoque symbolum istud: *lumbæ duæ utrinque pedibus tenent annulum inscriptione*, COMMUNIS UTRIQUE: ple compes seu vinculum; annulus enim pes cordium est. Infra pingitur ciconia serpentem lacerans, *lemma*, NECAT ME CEAT: significat à connubio omnem actatem & venenum abesse debere.

Marchionis & uxoris Symb.

Carrepta Wilhelmi Marchionis uxor, insignem lunam habuit, cum lemmate, ME TUIS ORI RI. *Ipse verò Marchio solem habuit, cum lemmate* SIC MUTOR AD ILLAM. Tipatius.

Vxor M. Antonii Col. Faces.

Hieronyma Arragonia M. Antonii Columnæ ad significandam perpetuam cum marito diam, duas faces vinculo quodam aureo colligatas habuit pro symbolo, cum lemmate, UNA FIT & UNA ERIT, id est, una anima, una cum marito. Idem.

Constantia. Cygn.

Constantia Sfortia Duciſſa, ut suum serenum dorem inter conjugales curas testaretur, Cygnum aquis natantem, & desuper tres vespertiliones volatu quasi tenebras minitantes pro symbolo buit: lemma, CANDOR ILLÆSUS. dem.

Ferdinand. I. uxor. Caroli V. uxor. Gratiæ.

Anna Regina Hungariæ & Bohemiæ, Ferdinandi I. Imperatoris uxor, manus connexas cum symbolo amoris habuit: lemma, SIC IN PETUUM. Idem.

Isabella Caroli V. Imperatoris uxor, in suarum virtutum quibus sponso placeret, pingi

it tres Gratias; quarum una rosam, altera myr-
, tertia glandem præferret : lemma, HAS
BET ET SUPERAT.

Renata uxor Herculis secundi Ducis Ferrariæ, Renata Herculis uxor.
symbolo habuit duas manus quasi invicem se
antes; & duos ramos in modum crucis positos
per coronam : lemma, UNA FUIT.

Margarita Ducissa Mantuæ, Friderici uxor, in Margarita Friderici uxor.
bolo habuit duas manus ad se porrectas & jun-
: lemma, IN ÆTERNUM.

Elisabetha Austriaca Ferdinandi Imperatoris fi- Elisabetha Ferdinandi filia.
arborem fructiferam habuit in symbolo, desuper
è nubibus manus fulmen tenebat, ac illo arbo-
sudebat : lemma, SOLA MORS SPO-
IAT MUNERA NOSTRA.

In nuptiis *Sigismundi* III. Regis *Poloniæ* cum Sigismn. III.
riaca Archiduce, tale numisma cum sym-
cudebatur. Stabat à dextris aquila nigra
Imperii Romani; à sinistris aquila alba
Poloniæ : utraque vero aquila insistebat
mati Austriacæ domus, quod est, *Alba ta-*
in scuto rubro : lemma, POST ANIMOS
CIASSE JUVABIT.

Secundum symbolum ejusdem regis erat, duæ Idem.
æ supra adversas partes ripæ fluminis,
icem versus se acclinantes, cum hac in-
iptione, AMOR DISTANTIA JUN-
IT.

Franciscus II. *Valesius* rex *Galliæ*, habuit pro Franciscus II. Valesius.
bolo aureum nummum coronatum, quem
ctra ad lapidem Lydium probabat : lemma,
IC SPECTANDA FIDES. Significabat
em amicorum, & amorem conjugum, non
bis sed re præstari & cognosci.

Caput VI.

De orationibus munerum oblatoriis.

MUnera offerri solent varie, alia inter sponsalia & nuptias, alia postridie nuptiarum & hæc quidem partim à sponso sponsæ, partim ab hospitibus, partim ab invitatorum legatis. Sed omnibus idem modus offerendi convenit, itaque de duplici oratione hic dicere sufficit, de oblatoria scilicet munerum, & de responsoria ad eandem.

Quæstio I.

Quomodo constituitur oratio in qua munera offeruntur.

Oratio munerum oblatoria.

Postquam rationem aliquam inveneris propter quam munus istud te offerre dicas, dispone eam juxta aliquem modum supra dictum: hæc tamen puncta in ipsa rationis expositione include. Primo, expone animum & affectum offerentis, & benevolentiam ejus semper concreatam alteri commenda. Secundo, exponas breviter & ingeniosè munus oblatum. Tertio roga ut munus benevole recipiatur, & constantem imposterum affectum offer. Quarto, si munera post nuptias offeruntur, potest addi precatio felicis & concordis vitæ in connubio. Meminerit supra omnia orator brevis esse in hujusmodi oblatoriis, & in ea laudem sciat positam esse, si compendiosè & erudite hoc officium transegerit. Duos autem præcipue modos à modernis observare licuit in ejusmodi oratiunculis.

Primus est.

Incipiunt ab aliqua sententia, vel exem-

vel aliquo discursu de testificatione amoris; deinde exponunt benevolentiam suam quam munere oblato testantur; tandem extenuant eum is, ut suscipiatur orant, offeruntque se ad altera obsequia liberalissime.

Secundus est.

Ex occasione muneris quod offertur, omnia ac supra dicta puncta per *Allegoriam* exprimere: ad quod plurimum conferent jam jam scriptæ eruditiones.

Praxis prima. Praxis prima Orat. oblatoriæ mun.

Utcunque verbis amorem nostrum & lætitiam explicare conati fuerimus, N. amplius tamen in pectore fervet desiderium, quod satis lingua exsolvi non potest: grandior urit adsertus, qui interpretem sui vultum, pro dignitate excit ad cognitionem incendere. Optime itaque majorum instituto, aliam eloquentiam invenimus, & cum ore non sufficeret, manu loqui cepimus, cujus dicere dare est, cujus verba munera sunt. Et licet hic etiam amoris orator informis sit & infans, uberius tamen & clariori amoris benevolentiam perorat elocutione. Hac tum & ego facundia instructus, cum N. tibi hoc simplex amoris argumentum porrigo, tu ad in æternam amicitiæ persuasionem admittis, sed una cum animo meo, à quo sicut humanitatis testimonia veniunt, ita pretium accipiunt: humilis fateor amoris character est, sed cognitabis omnes amare posse & lætari, à nemine amorem & lætitiam satis explicari.

Praxis II. Cymbium.

Si offerre velles poculum navis instar fabrefactum, quod vulgo Cymbium dicitur, & insuper anchoram adderes; hac uti posses oratione.

Praxis altera.

Onerariam plenam non mercium gemmarumque,

rumque, ſed votorum tibi veho. N. gube
cula tua petit hæc navis: ſincerius nemo
gium regere poteſt, quam is qui ſua gerit
que commoda. Occupa prudentiâ tuâ
ut in integro attingas. Enaviga feliciter
mis omnes tempeſtates; navim inconcu
turbulentis exime fluctibus. Favonii be
venti placidi fidique te propellant, quo
tuna, quo te quies tua vocat. Anchoram
eidem navigio addo, quam jacere ad fe
tem tuam quietemque poteris, tunc po
mum cum tempeſtates te exagitârint. H
anchora tutæ ac firmæ benevolentiæ ſiſt
ter ipſas turbas ac mota diſcrimina: hæ
tum tibi inter maris procellas ſtatuat. U
la feliciter, nullumque naufragium
meſce.

Praxis III. Oblatio torquis.

Praxis tertia. Amoris compedes, & amicæ ſervitutis
nam qui torquem eſſe diceret, anà ve
calculum non mereretur? N. Ad quid
colla cingimus, niſi ut publico argumento
amicorum captivos voluntaria deditione
teamur? Et ſint dulcia licet ſemper vincula
amabiles catenæ, quos amor tyrannus
non eo tamen nomine hunc torquem N
ro. In ſervum me & amicitiæ mancipium
dico, atque vincula ſimul quibus in omn
ſequia meam obliges voluntatem, porrigo
Gellius olim duntaxat *Hercules* cagaudebi
rogativa, ut miſſis ab ore catenis, om
ſuos nutus inflexerit: etiam tu inter amico
lix imperabis. Imperare enim invicem &
re amicorum eſt. Cæterum cum torquem
vile adfectus mei documentum benigne
ſeris, animum meum cum tuo aurea un
colligatum eſſe interpretare.

Qui

Quæstio II.

Quomodo construitur oratio in qua respondetur ad oblatoriam mun.

Resp. ad præced.

Responsurus hæc puncta observet. Primo, monstret gratum sibi esse adfectum offerentis. Secundo, munus oblatum æstimet & breviter collaudet. Tertio, mutuum adfectum polliceatur.

Nota.

Adverte autem, quod tota respondentis inventio in eo verti debeat, ut respondendi occasionem sumat vel ex verbis offerentis, vel ex re oblata. Ad hoc autem multum juvabit, si summam earum quæ pro munere offerri solent, qualitates & adjuncta bene considerabit. Pulchros enim & ingeniosos conceptus eruet. v. g. si de serto dicturus, dicat, amorem semper floridum esse, semper coronatum incedere, semper amœnitatibus tanquam floribus cingi, & nunquam finem scire, ut circulus serti, &c.

Praxis I. responsoria. Ad primam praxin præced. quæst.

Resp. ad I. præc.

Non amorem & lætitiam tantum persuasisti duplici oris manusque eloquentia. N. sed summum & gloriæ commendationem meruisti non vulgarem. Nefas est inter eos te numerare clamores, qui ut facundissimi, mel & rosas locuti erint, non nisi tamen clamores suis auditoribus dederunt. Eorum catalogo inscribimus, qui ab aurea elocutione aureum nomen acceperunt: teque novum nostri ævi (absit invidia dicto) & potiorem Chrysostomum, Chrysostomumque placet appellare. Crede mihi, non summa aure hæret hoc aureum amoris verum; altissime in pectus à N. demittitur, ut in auream gratias exsurgat. Cui siquidem pro ma-

jestate impræsentiarum responderi non pote[illegible] animum erga te suum æternis obsequiis [illegible] perorabit.

Praxis II. *Responsoria ad secundam praxin præcedentis quæstionis.*

Resp. ad II. præc.

Feliciter in portum benevolentiæ, grati[illegible]mus amoris nauta, onerariam tuam appul[illegible] N. Excipit votorum merces lætissimus N. D[illegible]minus; & quia in regno amoris cor & anim[illegible] monetæ sunt quibus emuntur omnia, non [illegible]lio etiam pretio hæc amicitiæ mercimonia [illegible]dimit solvitque. Utcunque faverint venti, [illegible] Dominum N. super procellarum capita te[illegible]pestates vehent incolumem, non se felicem [illegible]men opinabitur, si non magis te quam [illegible] *Cæsar* fortunam, comitem secundorum habu[illegible]rit. Hoc cum vovet, cum exoptat, tum æter[illegible] lætitiæ anchoram apud animum tuum su[illegible]que jecisse se arbitratur.

Praxis III. *Responsoria ad tertiam praxin præced. quæst.*

Resp. ad III. præc.

Manlius unde Torquatus dictus.

Uti servitus amoris grata est, ita symbol[illegible]micæ servitutis non possunt esse non gratiss[illegible] N. Certe accipit lætissima fronte torquem [illegible]quem tradidisti: & quod *Manlius* olim fec[illegible] ad famæ commendationem perhibetur, hoc [illegible] amoris tui meritum faciet. Detractum ille in [illegible]cie è collo *Galli* torquem suæ cervici imposu[illegible] & eam ob rem apud posteritatem *Torquatus* [illegible]dire meruit: Dominus N. catenam hanc am[illegible]ris, quæ non è collo sed corde tuo proce[illegible] gratissimi instar muneris, imo dicam opimi [illegible]star spolii, de tuo animo reportati habebit; [illegible]liusque in corde quàm collo torquem [illegible]portabit, ut & ipse amoris tui *Torquatus* po[illegible] nominari.

Sententiæ huic materiæ servientes.

Non Abel ex muneribus, sed munera ex Abel placuerunt. Greg. l. 12. Abel.

In beneficio conferendo plus animus quam sensus operatur. Augustin.

Regium est & humanum parvula accipere, & largiri magna. Plutar.

Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. Gregor.

Ante Dei oculos non est vacua manus à munere, si arca cordis plena est bona voluntate. August.

Rejiciendi genus est protinus, aliud invicem mittere, & munere munus expungere. Sen. l. 4. de Benef.

Benefactorum recordatio jucundissima est. Asist.

Beneficia eò usque grata sunt, dum videntur exolvi posse; ubi multum antevenêre, pro gratia odium redditur. Tacit. l. 4.

Liberale officium, serere beneficium ut possis metere fructum. Cicero.

Interdum beneficii solutio est ipsa confessio. Senec.

Duo beneficentiæ venena seu vulnera sunt, hinc exprobratio largientis, hinc oblivio accipientis: utraque mater ingratitudinis, & beneficii noverca. Petrar.

Nemo habet eam in beneficiis manum, ut non sæpe fallatur. Senec.

Maximum beneficium est unus in fame panis. Senec.

Animum in beneficiis spectemus, nec pretium iis unquam à se faciamus, sed ab adfectu. Lipsius Cen. 1. Epist. 4.

In beneficiis, non ut in pecuniæ redditione, quærere opus est ut solvas, sed agnitione & grato animo. Lipsius.

Extra fortunam est quidquid donatur amicis,
Quas dederis solas semper habebis opes. Mart.
—— acceptissima semper
Munera sunt, author quæ pretiosa facit.
Multiplicat doni gravitas authoris honorem,
Et majestatem res data dantis habet. Ovid.

Ei plurimum tribuamus à quo diligimur plurimum. Cicero.

Quoniam non potest fieri id quod vis, id velis quod possis. Epictet.

Non quanta quæque sint, sed à quali & quo Domino dentur, perspiciendum est. Seneca.

Valentior fortuna voluntas est. Idem.

Melius est benefacere quam benedicere. Cato.

Vultus & frons animi est janua, quæ abstrusam animi voluntatem significat. Cicero.

Eruditiones & alia supellex.

De Annulis.

Annulus.

Plinius pessimum vitæ scelus patrâsse dicit eum *qui annulum digitis primus induit.*

Prometheus annuli author.

In fabulis, Prometheus habetur author annuli: Hic exsectum circulum ex catena qua ad Caucasum ligatus erat, dicitur gestasse, cum rupis fragmento, ut maneret pœnæ recordatio. Unde factum est, *ut in gratiam Promethei parentis homines deinde annulos gestarent.* Kirchm. de Annul.

Servis dabatur annulus.

Servis in libertatem vocatis, circulus ex catena cum particula lapidis de quo fuerant empti, circulo inserta dabatur, ut essent memores conditionis pristinæ. Deinde ex luxu, ferrum in aurum, lapis in gemmam transiit; cœpitque esse gestamen, quod antea fuit vinculum, & ornamentum, quod fuit tormentum. Petrasanta l. 3. de Annulis.

Sponsi dantur annuli.

Annuli dantur Sponsis, quia servire invicem conjuges debent, nec retinent sui in matrimonio libertatem. Apu-

Apud *Pythagoram* etiam annulus symbolum servitutis fuit; ideo proverbio monebat, *arctum annulum ne indue*, id est, in duram servitutem te non committo. Annulus servitutis symbolum.

Flamini Diali interdicebatur annuli usus; nam sacerdotes maxime debent esse liberi: nostri tamen utuntur utcunque, quia Deo & virtuti servire debent. Sacerdotibus interdictus.

Numæ Pompilii & Servii Tullii statuæ cum annulis erant tempore *Plinii in Capitolio*, quia rex bonus est servus publicus. Statuæ cum annul.

Post exactos reges annuli ferrei erant *Romæ* apud Imperatores, & manserunt tamdiu quam manserunt aurei mores. Imperator. annul. ferr.

In funere apud *Romanos*, luctu & acerbis Reipublicæ casibus, aureos annulos deponebant, & ferreos induebant. Mos Rom.

Erant annuli æstivi pro æstate, hyberni pro hyeme, verni etiam & autumnales: candida gemma hyemem, cerasina ver, flava æstatem, rubra autumnum repræsentabant. Annuli diversi.

Erant pro singulis mensibus singuli annuli; imo Heliogabalus quotidie toto anno annulos mutavit, & singulos semel tantum induit. Petrasant. lib. 3. Heliogabalus.

Annulus sponsæ dabatur loco pignoris, quem *Tertullianus* pronubum vocat, & *Iuvenalis* pignus digiti. Annulus pronubus.

Seleucus in annulo anchoram sculptam habuit; convenientissimus sponsis, quia est signum fixæ firmæque benevolentiæ, ut possit dici illud Poëtæ: Seleucus.

— *Anchora jacta mihi est.* Propert. Anchora.

Et illud, *Iam anchoram ad felicitatem jeci.* Pindar.

Nec novum est, anchoram portare in manibus, dicit enim *Philostratus* consuetudinem apud

Indi. *Indos fuisse, ut anchoram auream in manibus gestarent.* Philost. in vita Apoll.

Polycrates. *Polycrates in annulo habuit sculptam lytam, quæ signum est concordiæ.* Clemens Alexandrin.

Vbi nuptiæ ibi harmonia, ubi harmoniæ nostræ Deus jungitur. Ambros.

Annulus corona cordis. Annulus nuptialis in quarto digito manus sinistræ portabatur; ratio hujus præcipua est, quia in eo digito vena quædam reperitur ad cor usque pertingens; & hoc modo putabatur ab Ægyptiis, cor ipsum coronari. Ideo bene non nemo dixit, annulus est corona cordis.

Romani. *Romani soliti sunt omnes alios digitos coronare præter medium, qui morosus, sordidus, impudicus dicebatur.* Pierius lib. 4.

Annulus sine gemma. *Annulus qui à sponsis offerebatur, ferreus fuit, & sine gemma; pertinet hoc ad durationem & robur, vel ad modestiam & fugam luxus: gemma autem annulo deerat, quasi ipsa sponsa gemma esset.* Plin. l. 3. cap. 1.

Persæ. Apud Persas, annulis ac monilibus uti nulli licebat, nisi cui à rege data essent. Proinde donari annulo, magnæ benevolentiæ & amicitiæ signum erat.

Rom. *Apud Romanos, soli honoratiores, uti Centurio, Tribunus, &c. aureis utebantur annulis, alii omnes ferreis.* Plin.

Legati. *Iidem legatis ad exteros profecturis annulum aureum unquam insigne munus dabant.* Idem.

Carthagin. *Carthaginenses pro munere expeditionum, militibus annulos dabant.* Idem.

Hannibal. *Hannibalis annulus venenum pro necessitate servatam sub gemmâ habuit.* Idem.

Victimæ obsignatæ. *Nefas erat olim victimas offerre, nisi eas prius sacerdotes annulo obsignavissent.* Habuit vero hic annulus in gemma sculptum hominem procum-

bentem

lentem, manibus junctis, cum gladio ad jugulum.

Midæ aut potius Gygis annulus erat, cujus gemma si versus volam manus vertebatur, ipse à nemine cernebatur, & omnes cernebat. Plin. lib. 3. cap. 1. Hoc annulo ipse usus opilio in regem *Lydiæ* evasit. Annulus Midæ.

Adamus duos dicitur habuisse annulos; unius nomen Oblivio, alterius, Memoria fuit. Ex Tal. Judæor. Adami annuli duo.

Princeps Venetus quolibet anno, die ascensionis Domini, cum solenni supplicatione per mare vehitur, & illi annulum injicit, ut ita mare Reipubl. Venetæ desponset. Mos Venet.

Alexander Magnus ante ipsam mortem, cum jam loqui non posset, Perdiccæ magno amico suo, annulum quo usus fuerat, in signum amicitiæ dedit. Curt. Alex. Magn.

Legatus quidam *Polonus* apud Imperatorem quendam *Germaniæ*, cum illi Imperator thesauros ostentaret, quibus se *Polonos* debellaturum gloriabatur; annulum ex digito detractum in thesaurum injecit, dicens, *Addamus aurum auro.* Cui Imperator vernacula respondens, dixit, *Habt danck.* Ex hoc nomen deinceps promeruit familia Habdanckorum. Cromer. Polonus Legatus.

Annularem digitum, sacerdotes sacrificaturi, variis odoribus inungebant, Pierius. Sacrificaturi.

In Pyrrhi annulo, Apollo cum novem Musis exsculptus fuit, ac ferè Parnassus integer. Alex. ab Alex. Pyrrhi Annul.

Plinius junior quadrigam in suo annulo habuit. Plinius jun.

Carolus Magnus pro annulo signatorio gladii capulo utebatur. Carol. Magn.

Pharaonis annulus quem Iosepho dedit, habuit signum crucis, significans quod ei sumendorum supplicium potestatem daret. Pharaonis annul.

Flamen Dialis casso & pervio annulo utebatur. Flamen Dial.

tur. Agell. Nimirum Sacerdos ipse gemma est.

Annul. veruſt.

Abrahamus Gorleus ſcribit ſe reperiſſe annulum aureum vetuſtum, cui ſimul adnexa erat clavis: gemma habuit duas ſpicas ſculptas, inter quas erat gubernaculum navis, & in manubrio gubernaculi crux.

Sponſis annuli dati.

Dabantur ſponſis annuli, qui inſculptam ſponſarum aut ſponſarum effigiem ad memoriam cordi habendam gererent. Puto ego inſculpta fuisse quædam amoris ſymbola, nam & in calceis ejusmodi ſymbola ferebant, ut teſtis eſt *Clemens Alexandrinus* l. 2. Pædag. c. 11. *Multæ*, inquit, *ſeminarum ſoleis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, ut vel per terram numeroſe incedentes, meretricios Spiritus in inceſſu inſculpant.* Caſtæ autem ſponſæ in ſuperiori parte calcei ſymbola hæc geſtabant, vel in parte ſubjecta calcei *addebant ſoleis clavos, cum iis formis inſignes quas in ſigillis exſtare videmus.* Et hinc arbitror natum loquendi modum, cum ex veſtigiis alicujus dicantur flores erumpere. Sic dicitur quoque, *Quidquid calcaveris, hoc roſa fiat*: apud Perſ. Quia forte clavis inſcripta fuit roſa.

Fiat roſa quidquid calcaveris; unde hoc natum.

Caroli V. Horologium in annulo.

Carolus V. In annulo horologium habuit, quod ſonabat, ſed pungendo digitum horas indicabat, monebatque Imperatorem temporis exacti. Petrus ſant.

Smaragdus.

Quædam Regina Vngariæ annulum ex Smaragdo habuit, ſed prima nocte nuptiarum fractus eſt: Sentit enim hæc gemma jacturam virginitatis. Idem.

Philoſophi Magiſtros in ann. habuerunt.

Philoſophi ſuos Magiſtros in annulis cælatos habuerunt; Stoici Zenonem; Academici Platonem; Peripatetici Ariſtotelem; alii Epicurum. Idem.

Alii alios.

Alii parentes, avos, patriam; *Africanus* patrem; *Lentulus* avum; *Iulius Cæſar Venerem*; *Gabba* canis caput.

Alexa-

Alexander M. in annulo uno habuit *Darii* imaginem, pro epistolis in *Asiam* à se victam obsignandis; epistolas vero in *Europam* suimet imagine obsignavit. Alex M. Annuli.

In *Pompeji* annulo ensifer Leo fuit. Pomp.

In Augusti, Sphinx; (significabat robur cum solertia, vel secreta esse principum consilia.) Deinde cum murmurarentur quidam Augustum enigmata scribere, imago Alexandri magni in eodem annulo sculpta fuit. August. annulus.

In quorundam annulis *Harpocrates* Deus silentii; in quorundam, amor Leoni insidens, ubenisque regens iram, fuit. Harpocrates Deus silentii.

In *Mecænatis* annulo rana fuit, ex insula quadam ubi ranæ perpetuo silent. Hic *Mecænas* cum esset Secretarius *Augusti*, omnem silentii fidem ei promittebat. Mecœnas in annulo ranam hab.

Olim gravatis somno, & morientibus, detrahi debuit annuli. Plinius.

Tiberius sub pœna gravi prohibuit, ne quis annuli imagine singulari notatos in lupanaria, latrinas, aut alia loca obscœna inferret; & ob id accusatus Paulus Prætorius quod matula indigens, manum cum annulo & imagine Tiberii, obscœno vasi admovisset. Seneca lib. 3. Tiber.

Cato in annuli sui gemma scriptum habuit; Amicus meus, inimicus nullus. Guevar. Cato.

De Torque.

Constantinus Imperator in torque suo Solem aureum tulit, cum inscriptione, ET ASTRIS ET TIBI. Niceph. Constantinus.

Idem Imperator alium torquem habuit, in cujus medio pendebat cor aureum, circumcirca vero omnia artificiorum genera erant expressa, cum Inscriptione NIHIL, NIHIL, NIHIL: *quasi diceret, Cor verè Deum & patriam amans, pro Dei & patriæ amore hæc omnia contemnit.* Idem.

Batch. Mont-morent. *Burchardus Montmorentius* stetit in acie infractus dum alii è prælio fugerent : pòst intrans semel aulam *Philippi I. Regis Galliæ*, torquem in collo habens connexum ex aureis capitibus cervorum, ex quibus dependebat caput canis. Aulici indignati quod venationum tropæa circumferret ; sed ille Regi quærenti de insolito torque, respondit, *Notari illo torque proceres illi qui fugerunt ex prælio timidi instar cervorum, dum ipse mansisset instar fidelis molossi ad custodiam sui Regis.* Petrasant.

Boleslaus *Boleslaus Rex Poloniæ* circumferebat in torque parentis sui imaginem, ne unquam aliquid turpe aut parente suo indignum faceret. Cromer.

Prorex Neap. Quidam Prorex *Neapolitanus* cum jam in extremis esset, illi allatus est torquis à Rege, collo eum imponens, dixit, *O quam magna ciphris multis ciphris constans.* Tipocius.

Aureæ compedes. *Cum Sardinius quidam habitandi causa Carthaginem migrare vellet, Claudius Imperator eum magno studio retinuit, inquiens, Ego te aureis compedibus obligabo.* Dion. Intellexit per hoc Senatoriam dignitatem.

Darius. *Darius medicum qui se graviter infirmum servavit, duarum compedum aurearum paribus donavit.* Herodot.

Philo. *Philo* hoc sensu dari torquem dicit, *Damus torquem ornamentum in prosperitate, vinculum in adversitate.*

Catena. Pulchra est illa catena quam efficit Magus ferreos annulos attrahens ad invicem ; cum inscriptione, *Arcanis nodis.* De qua supra.

Tyrii. *Tyrii obsidione pressi, Herculis Dei imaginem ne esse desiderent, aureis torquibus alligaverunt.* Curtius.

Fabii torques. *Torques Fabii Quadrati in marmore incisus, medio speciem candelabri habuit.* Pierius lib. 41.

Qui in prælio se insigniter gesserant apud Romanos, torquibus donabantur: sed externi aureis; Romani ferreis. Alex. ab Alex. cap. 3. Romani.

In *Gallia* erat Ordo qui torquem ex liliis aureis concinnatum gestabat, vocabaturque ordo liliatus.

Ludovicus 2. Valesius instituit ordinem ex proceribus Galliæ, qui uterentur torque de quo pendebat bulla cum imagine S. Michaëlis Archangeli Draconem calcantis, cum inscriptione, Immensi terror Oceani. Supra torquem verò erat corona regalis. Cardanus.

De Poculis.

In cœna apud *Græcos* tria pocula apponebantur, unum *Mercurio*, alterum *Gratiis*, tertium *Iovi Servatori.* Alex. ab Alex. Græci tria pocula apponunt.

Grammaticum poculum seu poculum literarum fuit versibus *Homericis* circumscriptum, & *Palladi* sacrum; hoc postea fuit adfixum in *Diana Templo.* Grammaticum poculum

Erat etiam genus poculi quod dicebatur *Cymbium*, qui erat in formam cymbæ aut navis factum. Palladi sacrum, Cymbium.

Verus Imperator habuit calicem crystallinum, qui nominabatur VOLUCER *seu* EQUUS, ab ejus equi nomine quem dilexit. Capitol. Pocul. Veri Imper.

In Scypho *Henrici Galliæ* Regis gemmeo, erat *Angelus aureus lilium adamantinum manu tenens.* Tursell. Henri Scyph.

In *Didonis* poculo erant res gestæ majorum sculptæ, id est, *Iovis, Beli, Agenoris, &c.* Virgil. l. 1. Æneid. Didonis.

Poculum *Rufi* ex electro fuit, habens caprum aureum efformatum cum aureo vellere; in quo sedebat Amor aureus, [illegible]atus, inflans tibias, qualibus Epithalamia [illegible]ebantur. Mart. lib. 8. Epigr. 49. Poculum Rufi.

Ex

Onagri cornua contra venen.

Ex cornibus onagri fiunt pocula, ex quibus qui potaverit, eo die nec ferro, nec igni, nec venenis est obnoxius. Philo lib.3.cap.41.

Poculum machinam horariam præ se ferens.

Ferdinandus Rex Solimanno Turcæ poculum aureum obtulit, totum gemmis distinctum, habens argenteam machinam horariam, quæ non horas tantum, sed motus etiam errantium signorum, & lunares mutationes exprimebat: Erat autem tanta magnitudinis ut duodecim viri portarent. Jovius & Sab.

Ludovicus XII.

Ludovicus XII. Galliæ Rex utebatur pro symbolo, *cratere cœlesti*, cum inscriptione; *Inter eclipses orior.* Tipoc.

Nestor.

Scyphus quo *Nestor* olim utebatur, dicebatur *Nestorida*, fuit aureis clavis confixus; ansæ ipsius quatuor erant, & circa quamlibet duæ columbæ aureæ sub pedibus scyphi erant: hunc scyphum vocat *Alciatus* cœlum.

Est cœlum scyphus ipse, colorque argenteus illi,
Aurea sunt cœlo sydera claviculi.
Plejadas esse putant quas dixerat ille columbas;
Vmbilici gemini magna minorque fera est.

Apollo & Nept. in ædificatæ Trojæ præmium pocul. accep.

Neptunus & *Apollo* in præmium ædificatæ *Trojæ* poculum aureum acceperunt: cecinit autem *Apollo* lyræ, qua sonante muri steterunt. Mart.l.8.

Figurabantur etiam pocula, exsculpto intus speculo ad multos angulos, ut uno intuente turba apparerent.

Quem quisque gratum habebat, ejus speciem insculpebat in poculo: quod de *Epicureis* testatur *Cicero.* Ult.de Fin.Trebell.Pollio.

Cornel. Marc.

Cornelius Marcus utebatur poculo ex electro, in cujus medio *Alexandri M.* vultus erat expressus, in circuitu autem omnis historia & bellum illius exprimebatur.

Baucal.

Erat & poculum *Baucalium*, ita dictum quod red de-

redderet quendam sonum cum infunderetur. Alex. Aphro. in Probl. 1.

Pater *Clitophontis* habuit poculum, cujus orum vites in ipso natæ coronabant; è vitibus racemi pendebant cum botris, qui sicco poculo omnes acerbi, immissi autem vino rubentes & maturi fiebant. poterat hoc poculum dici *vinea*. Achill. lib. 2. Poculum, vinea.

Joseph Patriarcha ex poculo divinabat, teste S. Scriptura. Gen. 44. v. 5. Ioseph. pocul.

Priusquam in convivio pocula gustabantur, Diis libabant Antiqui, & convivis apprecatio instituebatur. Primus autem calix *Iovi Olympio* miscebatur; secundus *Heroibus*; tertius *Iovi Servatori*. Alex. ab Alex. lib. 5. Mos Antiq.

Remotis mensis, mos fuit Antiquis, maximum scyphum afferri, qui dicebatur *Scyphus boni ominis*, quia boni ominis causa circumferebatur, & de illo omnes gustabant. Idem. Scyphus boni omin.

De coronis, sertis, & floribus.

Caius Caligula coronas invenit instar Solis & Lunæ. Idem lib. 4. Caligula.

Donabantur antiquitus corona viri fortes & strenui in bello. Alia autem erat *Civica*, quam perpetuo gestare licebat, & fiebat ex fronde; hanc qui meruisset in ludis, à populo universo & Senatu ei assignabatur. Corona *obsidionalis* erat ex gramine in eo loco collecto, in quo cives obsidione liberati erant. Corona *muralis* decorabat in similitudinem pinnarum. *Navalis* autem instar navis rostrata erat. Alex. ab Alex. lib. 1. Coronа civica. Obsidionalis. Mural. Naval.

Apud *Persas*, non modo Sacrificuli, sed omnes qui Sacro intererant coronabantur. Idem. Persæ.

Apud Barbaras gentes, florentes corollas imposuisse, pacis & amicitiæ signum fuit. Polybius. Barbaræ gentes.

Rom. *Romani* in conviviis etiam miniſtros convi-viorum, & pocula, & poſtes coronabant. Alab. Alex.

Nuntii victoriæ, literæ, & naves, & faſces victorum lauro coronabantur. Idem l. 6.

Templum Floræ & Sal. Deæ *Floræ* & Deæ *Salutis* in eodem loco apud *Romanos* templum erat. Idem.

Coronæ Muſarum. Coronæ *Muſarum* ex pennis nectuntur quas ex *Sirenum* alis evulſere, quo ſignificatur earum famam orbem peragrare. Pierius.

Sepulchra coronata apud Rom. Etiam mortuorum ſepulchra ſolita fuiſſe coronari, refert *Pierius*; & quidem *Valerianus filio, Romæ, ternæ coronæ roſeæ in Iulio, myrteæ hyeme, ex teſtamento ſuperimponi debebant.* Idem lib. 55.

Triumphat. *Triumphatori ſertum laureum fuit, ſed prius myrteum: dum autem curru in triumpho vehereur, flores per plateas ſpargebantur. Sertum autem triumphatoris Iovi conſecrabatur.* Alab Alex.

Roſa abſque ſpinis. *Roſam olim ſpinis caruiſſe docet Baſilius, ſed poſt peccatum Adæ ſpinas aſſumpſiſſe*: Unde Roſa ſine ſpinis apud authorem eſt *Amoris Hieroglyphicum*. Pierius lib. 55.

Ægypt. *Ægyptii* ſi quem vixiſſe ad extremum inoffenſa valetudine & dignitate obſervaſſent, *Amaranthi* corollam capiti ejus imponebant. Eſt autem *Amaranthus* ſpica purpurea potius quam flos; & poſtquam flores defecerunt, aquis madefactus reviviſcit, & hybernas coronas facit. Idem.

Æſtas & Pax in Spiceo ſerto dicuntur à Poëtis ambulare.

Cœ-

Caput VII.

De orationibus funebribus.

Orationum funebrium duplex genus est in usu. Nam aliæ dicuntur ab hospitibus ad amicos defuncti; aliæ ab amicis defuncti ad hospites. De utrisque agendum separatis quæstionibus, & deinde epitaphiis, seu sepulchrorum & vexillorum inscriptionibus.

Quæstio I.

Quomodo construitur oratio funebris ab hospitibus ad amicos defuncti.

Tria præstare debet talis oratio; exprimere dolorem super defuncto; laudare defunctum; & consolari amicos defuncti: hæc autem ita fiunt optime. Primo, exordiendo ab aliquo discursu de mortis certitudine, aut de incertitudine temporis mortis, aut de varietate, aut de potentia: vel dicendo de brevitate vitæ, aut de mutatione fortunæ, aut de calamitatum impendentium hominibus multitudine: vel declarando quis dolor ex morte secutus sit; vel optando lætiorem occasionem, in qua adfectum suum & obsequia defuncto ostendere velles: vel dicendo, ferreum eum fore, qui mortuum talem non defleat: vel describendo dignitatem & potentiam mortui, & ex ea occasione erumpere in querelas & commiserationem: vel laudando amicos à constantia amicitiæ, &c. Secundo, laudando defunctum à nobilitate majorum, à factis parentum, à meritis & bene gestis erga patriam, Ecclesiam, alios. Tertio, consolari amicos, adferendo causas quæ dolores mitigare possunt. Tales autem causæ communiter

Orationes funebres ab hospitib. ad amicos.

niter sunt: *Voluntas Dei; necessitas moriendi co-munis; recte acta vita; bene merita in Rempubl. Ecclesiam; memoria secutura; posterorum felici exempla aliorum qui mortem suorum tulerunt tienter; dicta Sapientum; amicorum constantia,* Sed

Nota quod hujusmodi in oratione maxi hi dominari debeant adfectus; amor, do commiseratio, & alii graviores: atque ideo lent, Primo, exordia ex abrupto, aut alio sin lari impetu fusa. Secundo, possunt adhiberi quentes *Exclamationes, Epiphonemata, Descrip nes, Apostrophe.* Tertio, excurratur sæpe in q relas de inconstantia vitæ, de fallacia spei, afflictione amicorum, patriæ, Ecclesiæ, qu do vir singularis occumbit. Quarto, *Apostr* fieri solet vel ad amicos defuncti, laud quod talem virum in suo genere habuerint; ad hospites, excitando eos ad mortis terro & considerationem: vel ad defunctum, gr lando illi æternam patriam, & perennem benefactis famam apud posteros: vel ad fa liam, patriam, religionem, templa, xenodoc filios, conjugem; excitando ad fletum, quod nefactorem amiserint: vel valedicendo defu cto, nomine singulorum hospitum & ami rum; aut illius nomine hospitibus & amic vel introducendo ipsum defunctum valedic tem.

Praxis.

Funebris oratio.

Hæc est humanæ conditionis infelicitas, cum interituram se publico æternitatis decre to noverit, interitus tamen sui destinatum tem pus ignoret. Esset aliquod adhuc in malorum maximo solatium, si, ubi cauta declinatione evitari non posset, posset tamen prævideri, ut cum inopinato ictu vim amitteret. Sed ò fato

m inclementiam ! ô crudeles supra no nen
am *Parcas!* latet ultimus dies, ut observen-
omnes ; & quasi parum sit, fragile vitæ fi-
m invida manu carpere, omne præterea quod
vimus tempus timore inundat. Sæpe nimium
tempestate securi, negotiorum æquor adi-
s; hilaresque & salvi super procellarum ca-
triumphamus, & nescimus sub malacia in-
s esse; ponenteq; vento brevia supereſſe &
pulos, qui etiam in portu parant naufra-
m. Omnino sicut fortuna ita vita nostra vi-
est, cum maxime splendet, maxime frangi-
Et hæc ego non eo animo dico, quasi Domi-
N. cujus ossa mœsti tumulamus, existi-
m non expectato mortis telo præventum
; & in eorum vixisse contubernio, quibus
nia casu metientibus, omnia accidunt non
iunt; illudque temerarium & imprudens
m subinde occlamant, *non putavi.* Semper
mortis memor, ubique mortem exspecta-
: semper virtutis alumnus, nunquam non
mitati maturus fuit ; & ne ignavi militis
, ab impedimentis oneratus, tunc vasa
geret primum, cum jam in acie standum
, suam quotidie in numerato habebat con-
tiam. Exire è vita voluit non excludi, cum
ret, volentem à Fatis duci, nolentem trahi.
Nostram hic ego lamentor miseriam, Reipu-
licæ calamitatem defleo, quæ tantum virum
obis præter spem abstulit ; cujus si redimere
am integrum foret, nemo nostrum esset qui
de suis illi annis non concederet. *Atlas* certe
noster fuit & patriæ delicium; qui, si mœrorem
nostrum noluisset, nunquam nasci debuit ; si
perenne Reipublicæ decus & commodum,
nunquam mori. Magnus quidem ille fortuna
fuit, & majorum imaginibus insignis ; quippe

cujus

cujus familiæ claritatem nec ille ignorare p
teſt qui in patria noſtra plus quam peregri
& hoſpes vivit : ſed in hoc vere maximus
meruit, quod avorum virtutes ſupergre
menſuram ſuam totus in ſe habuerit, & for
nam quantamcunque & animo & meritis
ceſſerit ; ut novo naturæ ingenio, non ille
majoribus, ſed majores ex illo, ad glori
famam nati videantur. Juventutem & lubr
ætatis annos laudent in illo, qui diſciplini
gendum habuere commendatum ; nos pu
mus & meminimus innocentiam cum lac
bibiſſe, cum ætate corroboraſſe ; & ſæpius
certum fuit, an in eo differret à virtute na
Iverat æmulo *Vlyſſis* ſtudio in exteras pro
cias, quod hac tempeſtate noſtratibus nim
ſolenne eſt ; ſed innocens exiit, innoc
rediit, quod heu nimis rarum! Excepit rede
tem patria, ut amantiſſimum filium ſo
mater ; & in Reipubl. obſequiis inſtructu
off. N. honorem primum, deinde & off.
Reipubl. evexit. Hic ille virtutis campum
ctus, quid non egit ut decurreret ? Sum
adhuc juvenis authoritatem atque admi
lem in rebus tractandis induſtriam habuit;
ſuavis accedebat affabilitas, affabilitati h
nitas, humanitati diligentia. Sic univerſi ho
num ordines, eum neceſſitatis ſuæ aſylum h
bere ; in auribus ejus ſuarum precum dom
lium collocare ; neque ullum eſſe audiv
vel infimæ conditionis, qui non illum qu
ſupremum dignitate ſuſpiceret, parem ſibi f
cilitate experiretur. Privatorum duntaxat e
ajebat ſibi & ſuis vivere, ſe publicæ luci expo
tum velut candelam aliis lucere debere,
conſumi. Quid ? quod ſemper ille in publ
territorii noſtri corona, prudentiâ ſuperio
trium-

[illegible]mpharit; nosque, velut à Sole minora side-[illegible] consilium accipere potuimus; & qui ætate [illegible] non cedebant, sententia tamen libenter. Et [illegible]us tandem facundia, patriæ sibique non mo-[illegible]ram apud exteros famam conciliatam, satis [illegible]ret? plus cogitationi hic relinquendum, [illegible]m sermoni concedendum est; siquidem [illegible]ltade Te N. N. dicere possumus, sed nemo [illegible]. Si tamen has lugubres nostras admittis [illegible]ias, agit tibi agetque immortales patria pro [illegible]iis & ornamento; agunt senatorum sub-[illegible] pro prudentia; agimus nos pro fama & [illegible]de: & tibi simul illustris familia gratula-[illegible], quod tantum viri decus protuleris, quem [illegible]ari possumus omnes, admirari debemus. [illegible]ibe jam cadentes lachrymas, ac æternæ [illegible]minis voluntati defunctum concede. In hanc [illegible]ssitatem nascimur ut moriamur; serius aut [illegible] ad illum pertinet cujus arbitrio totus [illegible]ponitur orbis. Juvenis quidem Dominus [illegible] vixit, at senex mortuus est, si non ætatem [illegible], quod hominum est, sed recte gestis & [illegible]tibus, quod Heroum est, censemus. Quan-[illegible], quid vixit? quid mortuum dico? adhuc [illegible], vivetque non in hoc mortali corpore for-[illegible] & calamitatum theatro, sed in animis [illegible]ibusque omnium; mortalitatem deposuit; [illegible]am non exuit sed mutavit. Dixi.

QUÆSTIO II.

[illegible]modo construitur oratio in qua gratiæ aguntur nomine defuncti hospitibus.

Ad hospites gratiarum actoriæ nomine defuncti.

Similis in multis esse hæc oratio priori de-[illegible], ita tamen texi solet; Primo, ponitur ali-[illegible]is discursus de morte, aut de miseriis huma-[illegible], aut de vita præsenti; aut ex abrupto descri-bitur

bitur dolor propter defunctum ; aut quoc
que alio modo ſupra in præcedenti quæſt.
cto inchoatur. Secundo, inſtituitur laus
functi. Tertio, fit gratiarum actio hoſpiti
qui funebri pompæ adeſſe voluerunt, ſive
ſe, ſive per legatos miſſos ; & fit repromi
obſequiorum in alia lætiori neceſſitate &
caſione. Quarto, fit invitatio ad convivium
nebre.

Nota. Nota quod pleriſque in locis inter Mag
tes legati mitti ſoleant, qui nomine co
perorent : illis ergo cum gratiæ agendæ en
prioribus dignitate prius reſpondendu
rit.

Praxis.

Gratiarum actoria ad hoſp. Et non ille latiſſime humanæ imbecilli
imaginem explicuit, qui duarum vocu
guſtiis incluſit elogium, & vivam morte
tam hominis appellavit N. N ? Omnino n
morituri ſed morientes vivimus, alterni
momentis vita & mors dies & annos ſibi
tiuntur. Ruina & perennis fuga eſt te
quod vivimus. Labitur infans in puerum,
in juvenem, juvenis in virum, vir in ſenem
ſic omnis rerum humanarum hiſtoria eſt in
re. Atque utinam hoc ordine conſtanter p
deret negotium, & ultimus qui omnes co
mat dies nonniſi cum ſenectute incumbere
cæca mors neſcit diſcrimina, & latronis
quidquid obvium eſt diripit, juxtà maturos
maturoſque invadit, eo ſolum nomine
mortales. Ecce recens ante oculos exemp
Dominus N. cujus ſi recte geſta & virtutes
ſideramus, non immature obiit; ſi annos &
ſideria omnium, eheu nimis immature !

Ut enim famæ ſatis, ut ſatis immortali
vixerit ; nobis certe non ſatis, non ſatis patri

non satis bonorum votis, qui cum tot immortalia gerentem viderent, vix censere volebant mortalem. Fuit benigniore natus genio, & cælo liberali, utpote in quo natura parens nihil permiserit sibi cum genuit, quandoquidem unum habere concessit ea quæ vix multis concessit. Cum *Sidonio* dicam, *Natura, virtus, fama, in eo sibi compendium fecerant, & nobilem illiff. Heroum epitomen.*

Et quis non in illo *Aristidis* justitiam suspexit? quis non *Lycurgi* prudentiam admiratus est? quis non *Alexandri* magnanimitatem? *Julii Cæsaris* fortunam? imperterritum in adversis *Cannis* & *Pompeij* pectus vidit, coluit, adoravit? Nemo illo incorruptior; nemo in negotiis agendis aptior; in gratificando humanior; bene de aliis merendo paratior. Non sibi se sed patriæ natum sciebat; quare, quod *Themistocles Miltiadis* tropæum, hoc illi amor Reipubl. fuit. Vigilabat, dormiebat, & patriæ cura semper versabat animum; cujus publicam quietem privata inquietudine dicebat sanari oportere. Audivit illius ex ore verbum aliquis, quod religionem, quod cœlos, quod famam violaret? Sane nihil virtuti ipsius arduum, nihil impervium fuit; quod autem in pietatis & religionis amore præcipuum est, nescivit velle quod velle non debuit. Sint igitur multa quæ luctum familiæ & patriæ mitigare possint, N.N. illud grande & magnum doloris solatium, Dominum N. sub onere Reipubl. fractum occubuisse. Quanquam & serenitas & tranquillitas qua supremum clausit diem, quanta & qualis? Deus immortalis! quam non perturbate, quam suaviter! In morte sibi vel maxime vivere videbatur, qui dum viveret, assidue sibi moriendum esse cogitabat; ut minime illius vita

mori

mori oblivione possit, cujus vel ipsa mo[illegible] sit immortalis. Sed quæ jam vobis gratia[illegible] rantur Domini Hospites, &c. quod supr[illegible] micitiæ & Christianæ pietatis officio e[illegible] perfuncti frequenter confluxeritis, ut [illegible] hunc patriæ & nobis luctuosum vestro [illegible] dolore levaretis? revera amici, revera vic[illegible] usque ad summam fatorum urnam in a[illegible] constantissimi. Faxint superi ut hanc obse[illegible] rum industriam lætiori occasione compe[illegible] liceat ad hoc prompti & alacres animos [illegible] da consecramus. Interim ut mutuus dolo[illegible] tuo convictu melius mulceri & profligari [illegible] sit, post lugubrem laborem ad lugubre [illegible] vium N.N. Dominos invitamus.

Sententiæ huic materiæ servientes.

Vno eodemque ubere vitam mortemque [illegible] Epictetus.

Non est res magna vivere, magnum est [illegible] *mori.* Seneca.

Nemo unquam mortalium erravit ad sepul[illegible] Idem.

Alia vos ô Reges aula deducit in sepulchrum, re[illegible] *mis, putredo, tenebræ.* Gers. Paris.

Quem Dii diligunt adolescens moritur. Plau[illegible]

Optima quæque rapit mors, pessima quæque [illegible] *quit.* Homerus.

Puer centum annorum moritur, & peccator [illegible] *tum annorum maledictus erit.* Iesaias c. 65. v. 20.

Mors ultima linea rerum. Horat.

Somnus frater mortis. Senec.

Mors medicus malorum est. Æsch.

Mors terribilis est iis quorum cum vita [illegible] *extinguuntur, non quorum laus emori non potest.* Cicero.

Mors nobis quasi saxum Tantalo imp[illegible] Idem.

Impie & impudenter vivere non tantum est male vivere, sed diu mori. Democrat.

Undique eadem est via ad sepulchrum. Diog.

Nos accendimur & extinguimur, medio tempore quid patimur. Senec.

Quamquam vita qua fruimur brevis est, memoriam ejus quam maxime longam efficere studeamus. Justius.

Tota vita discendum est mori. Et, *Nullius rei facilior est scientia quam vivere.* Seneca.

Cogites velim mortale corpus nos habere, sed gloria laudibus fieri compotes immortalitatis. Isocra-

Bene moritur, quisquis moritur cum lucrum faeit. Euripides.

Post mortem non opuscula sed opera pensanda memorimus. Plutar.

Non vivere bonum est, sed bene vivere. Et, *quid refert hominem mori, cujus tota vita nihil est aliud quam ad mortem iter?* Et,

Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. Seneca.

Illi mors gravis incubat, qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi. Sen. Trag.

Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc cum crescimus vita decrescit: & hanc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus. Et, *Vir fortis & Sapiens non debet fugere ex vita, sed exire.* Et, *Quidquid egeris tunc apparebit cum animam ages.* Et, *Omnes eadem conditio revinxit, cui nasci contingit, mori restat; intervallis distinguimur, exitu æquamur.* Seneca.

Commorandi nobis diversorium natura, non manendi dedit.

Ex vita discedendum est tanquam ex hospitio, non ex domo. Cicero.

Mihi nec diuturnum videtur illud in quo aliquid

est

est extremum. Et, *Vestra quæ dicitur vita, mo*
Seneca.

Nunquam bono quidquam mali evenire potest
vivo nec mortuo.

Iustus mortem cavet, non pavet. Bernhard.

Non potest male mori, qui bene vixerit. A
gust.

Compendium est male agentibus si cito mori
Ambros.

Inopi quanto longior vita tanto plus sup
Tacit.

Tota vita hominis unus est dies. Fabius.

Non est ullum majus solatium mortis, qua
mortalitas. Seneca.

Mala mors putanda non est quam bona vita
cessit. August.

Mors vitæ est testimonium. Ambros.

Cui peregrinatio dulcis est, non amat pa
August.

Non domus est hoc corpus sed hospitium, &
dem breve hospitium, quod relinquendum est
gravem esse hospiti videas. Seneca.

Sicut mali nascuntur ut moriantur, sic bo
riuntur ut vivant. Guevar.

Vir bonus etiamsi moritur, vivit; vir mal
jamsi vivit, moritur. Idem.

Mundus est taberna fortunæ, in qua omne
monii genus suspectum est. Et, *In Fortunæ*
nihil nisi mendacia venduntur, nihil nisi no
tæ stipe solvitur, nihil ad pondus & mensura
tur. Idem.

Viri Sapientes, magis duos vitæ hujus dies
quam ducentos fortunæ adversæ formidant.
l.3.cap.44. Et,

Non minus egent consilio felices in rebus secu
quam auxilio miseri in rebus adversis. Et,

Maximum ultionis genus quo inimicos no

efficimus, est, ut eos diu vivere sinamus. l. 3. cap. 51. Et,

Mors est verum perfugium, perfecta sanitas, portus securus, integra victoria, caro sine osse, piscis sine spina, frumentum sine paleis. Et,

Vita innocens mortem reddit securam. Et, *Immoderatum in vita risum largus in morte ploratus sequitur.* l. 3. cap. 53.

Quod Phœnix inter aves, hoc filius inter homines in patris mortem non exoptet. Idem.

Divitiæ, adolescentia, solitudo, libertas, sunt quasdam pestes quæ vivos occidunt, mortuos infamant. Idem l. 3. cap. 55. Et,

Pauper ut requiescat moritur, dives ut crucietur. cap. 56. Et,

Soli felices appellandi sunt, qui ex hac vita Deo bari & hominibus non invisi discedunt. Ibidem. Et,

Germanus & minime ingratus filius, quo die patrem in tumulum durum miserit, eo ipso die illum secum in tenero corde debet. l. 3. c. 59.

Ita vivere hominem oporteret, ac si post horam ei emigrandum. Difficile est tacere cum doleas. Lactant. l. 7. Cicero.

Loquacissima res est homo infelix. Philos.

Non ii optime vixerunt qui diutissime, sed qui maxime. Varro.

Quo facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine. Seneca.

Qui est hodie, in eum qui eras erit morietur; & qui heri fuit, in eum qui hodie est mortuus est. Plutarch.

Vita Comœdia est, cujus Epilogus mors est.

Vita Græcis Comœdo-Tragœdia est, nam mista habet tristia: Porphyrius matrimonium etiam sic vocavit.

Quomodo fabula sic vita; non quam diu, sed quam bene acta refert. Seneca.

Congenita sunt sibi prorsus vita & dolor. Philemon.

Vitæ humanæ accinitur perpetuo cantilena, Ejul Eheu! Plutar. ex Aristoph.

Ad majora natus sum quam ut terræ serviam. Philosoph.

Apophthegmata.

Homo cithara. *Clemens Alexandrinus hominem esse cithara dixit*: In Orat. contra gent. Pulchre; nam sicut cithara è variis chordis, ita homo ex corpore & anima, opibus, honoribus compingitur; et quibus tamen omnibus una harmonia sit in laudem Dei, patriæ, sui: rumpitur hæc cithara dolore & morte.

Braxillus moriturus ob quatuor lætatur. *Braxillus Philosophus moriturus, cum à senatu frequenti visitaretur & deploraretur; propter quod se lætari dicebat. Primo, propter bonæ conscientiæ stimonium. Secundo, quod tantos viros suam mortem lugere videret. Tertio, quod 60 annis Reipubl. aliis prodesse studuerit. Quarto, quod cultum quem debuit aliis, præstiterit semper; denique subjungo mihi hodie vitam exordiri videor.* Diogenes Laertius in vit. Phil.

Mundus ruina. *Isidorus Pelusiot. vocabat Mundum perpetuam ruinarum ruinam.* Macrob. Saturnal. l. 2. c. 21. luit puto ad Ethnicorum veterum consuetudinem, qui Deum suum non in forma humana depingebant, sed in forma baculi simplicis, appellabantque hoc idolum *Iupiter Tigillus*

Iupiter Tigillus. *Fulciens Dominus*, quasi humana omnia ad interitum ruentia fulcire Dei munus continuum sit.

Iupiter Stator. Huc pertinet quod *Romulus Iovis* effigiem *Capitolio* posuerit, cum titulo, *Iupiter Stator*, manu baculum hic *Iupiter* habebat, ut eo fulmi-

ret Novam Romam: sed Sempronius Consul ibidem jussit Vulcanum locare, quasi dividentem Iovis baculum in baculos minores pro aliis Diis; v. g. in sceptrum pro Plutone; in tridentem pro Neptuno; in clavam pro Marte; in caduceum pro Mercurio; & lemma adscripsit, ET VOS FULCIUNTO. Quasi diceret, vos minores Dii, id est, vos Domini, terreni Principes, Magnates, simul cum Deo fulcite ruentem mundum; nam sceptra vestra participant à sceptro Dei.

Adde hic, quod in *Italia* alicubi in templo depictus sit mundus rotundus, quem duodecim baculi sustentant, lemma subscriptum est, *Prædicatio Evangelii*, ac si duodecim Apostoli verbis sua velut baculis teneant orbem.

Aurelius Imperator moriturus dixit, *Ex omnibus quæ habui & possedi, duo tantum habeo, nimirum quod Deum offendi crucifixum, & dolorem quod tam tempus impendi.* Guev. l. 3. c. 56. M. Aurelius.

Secundus Philosophus interrogatus quid esset mors, respondit; *Est somnus æternus, dissolutio corporum, divitum pavor, pauperum desiderium, ineluctabilis eventus, incerta peregrinatio, latro hominum, somni mater, umbra vitæ, discessio vivorum, omnium resolutio, laborum finis, cupiditatum clausula, improborum carnifex, bonorum præmium.* Idem l. 3. c. 51. Mors quid sit.

Epaminondas mortem fortium virorum otium esse dicit, improborum vero & ignavorum laborem. Lycurgus. Epaminondas.

Plato dicebat, vita nostra sicut flamma stupæ à minimo vento extinguitur. Plato.

Homo est vas quassum & fragile, est corpus in omnes fortunæ contumeliam projectum. Seneca. Homo.

Alii dixerunt hominem esse calamitatis omnis principium.

Mors. *Mors bona est laboris corona, felicitatis porta, vitæ janua.* Bernhar.

Philippus. *Philippus Maced.* Rex. cum consuluisset oraculum quomodo posset senex fieri; responsum accepit, *Vita quadrigas.* Quo audito primum dixit, ne ullus in regno suo quadrigis uteretur; deinde, cum montem audivisset nomine *Quadrigam*, eum suffodit & evertit. Sed *Pausanias* in capulo gladii quo eum occidit, quadrigam habuit cœlatam. Val. Max. l. 1. c. 8. Ext. n. 9.

Venus quatuor cygnis vehitur. Dicerem ego si vis ad maturitatem pervenire, *vita quadrigas*, sed *Veneris*. *Venus* quippe juxta Poëtarum opiniones, quatuor cygnis vehitur, & secundum *Bernhard*, luxuriæ currus quadriga volvitur vitiorum: *Ingluvie ventris, inhonestate sodalium, mollitie vestium, otii soporisque resolutione.*

Crœsus. Socrates. Quæsitus quidam olim quid mallet, an esse *Crœsus* dives, an *Socrates* sapiens, respondit; *In vita Crœsus, in morte Socrates.* Bessaus in concio.

Gorgias Leontin. Quæsitus olim *Gorgias Leontinus* orator jam senex, an mortem æquo animo ferret si è vita vocaretur, respondit; *Ex putri & defluente domuncula non invitus discedo.* Lycost.

Severus. *Severus* Imperator vivo sibi loculum parari jussit, cui se interdum includens, sic illum alloquebatur; *tu ô locule virum capies quem orbis non capit.* Xiphilin.

Religiosi Turcici. Religiosi quidam in *Turcia* incedunt per plateas portantes specula, porriguntque obviis, & dicunt; *inspice & vide quis sis.* Annales Turcici.

Zeno. *Zeno* philosophus cum ab *Apollonis* Oraculo sciscitaretur, quomodo posset vitam bene agere? responsum accepit, *mortuos consule, & ab illis quid sit faciendum disce.* Laertius l. 1.

Antisthen. *Antisthenes* à discipulis quæsitus quid esset mors; *duos circulos fecit, & hoc esse mortem assumpsit.*

mavit. Idem. Interpretati sunt illi, unum circulum esse corpus, quod ducitur unde incepit, nempe ad terram; alium circulum esse animam, quæ etiam suum terminum quærit.

Nabathæi Reges non in Mausoleis sed in fimo sepeliebantur; nec aliud sibi occini præter hæc verba voluerunt, *Pulvis pulveri, fimus fimo traditur.* Reinerus. Nabathæi Reges in fimo sepul.

Iidem Reges ante pectus loco signaculi mortem gestabant; cum inscriptione, *Mater bonorum, noverca malorum*, Reinerus.

Apud Scythas in coronatione Regis spargitur terra & cinis, & simul hæc verba dicuntur; *Hæc tua est origo, vide ne quid superbe agas.* Idem. Scythæ.

Nicolaus Medicæus Princeps cum post multas expectationes filium accepisset, lacrumans in hæc verba prorupit, *Et tu fili ad ferendas hujus seculi calamitates advenisti.* Idem. Medicæus.

Iustinus Imperator jubebat sibi lectum conspergi pulvere, & lacrumans dicebat; Ecce nunc in pulvere dormiam, quoniam pulvis sum, & in pulverem convertar. Cedrenus. Iustin.

Apud Albanos si masculus nascebatur, adfines ei militaria munera offerebant, cum his verbis; Arceris miser, quia ad bellum non ad otium venisti. Crispinianus. Albani.

Marcus Antonius Senator Romanus cum Tyrannides Ægypti lustraret, ad suos dixit; omnia tempus devorat, omnia consumit; sola gloria laborum nostrorum cum tempore intercidere non potest; hæc ut æternum duret, vitæ est anteponenda. Comineus. Marcus Antonius.

Epaminondas dux *Thebanus*, accepto lethali vulnere, cum universa civitas ad corpus ejus afflueret, de præmio laborum rogatus dixit, *nullum aliud volo quam memoriam mei.* Solicite itidem quæsivit an clypeus salvus superesset; & cum superesse audivit, dixit; *nunc lætus morior* Epaminondas præmium quale postulaverat.

hoc salvo, quo salvo lætus vixi: Epaminondas hac vester nunc vivere incipit, quia sic moritur. Lycosten.

Democritus solaturus Darium tres postulat homines qui lugubria non sumpsiss.

Democritus Philosophus mœstum Darium Regem ob mortem conjugis consolaturus, vitam defunctæ restituturum promisit, si modo tres illi homines invenirentur qui nunquam lugubri vestitu usi fuissent; quæsiti tres in tota Persia, & non inventi; tum ad Regem, vides, ô Rex, quam inevitabilis sit omnibus fati necessitas; nefas est deflere quod nefas est evitare. Idem. & Julianus in Epist. ad Amen.

Ferdinandus Rex.

Ferdinandus Rex Castell. ubi ab Isidoro intellexit vicinam esse horam mortis; regio habitu induitur ad templum concessit, ibique consistens ad altare purpuram, sceptrum, coronam, torquem, annulum, & omne regium vestimentum exuens deposuit, dicens; Domine, Regnum quod à te accepi, tibi restituo, colloca me in æterna luce; sic mortuus ibidem. Plut. in conviviis Sapientum.

Ptol. Philadelphus.

Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex inter medias epulas mortui cranium semper habuit, & à ministris hanc sibi vocem dici voluit; inspice Rex, & cogita te talem aliquando futurum.

Xenophon.

Xenophonti sacrificium peragenti cum nunciatum esset majorem natu filium occubuisse in prælio, coronam regiam primo deposuit, quæsivitque quomodo occubuisset; ubi ergo audivit fortissime pro patria pugnantem occubuisse, reposuit capiti coronam, & testatus est se voluptate majori perfundi quam dolore. Lycosten.

Basilius.

Basilius Episcopus sibi vivus construxerat sepulchrum, sed imperfectum reliquit consulto: cum ergo profestis diebus Episcopali pompa cogebatur uti, puerum destinavit qui subinde occlamaret; Pater mortem cogita, & sepulchrum tuum perfici jube. Marlin. c. 26.

Lips.

Lipsius decubiturus dicebat semper, ad lectum ad lethum. Drexel.

Car-

Carolus Magnus cum in extremo mortis articulo constitutus, à suis rogaretur, quænam insignia sepulchro affigi vellet, respondit, Sola mortis insignia sculpantur; hæc est enim regina illa potens, quæ omnes meas victorias in nihilum redegit, & de meipso victore triumphum agit, hac adscriptione, Sola mors omnia æquat. Gregor. Turo. lib. Histor. Carolus M.

Diogenes Cynicus cum aliquando curiosius sepulchra inspiceret, ubi defunctorum ossa cernebantur, Alexandrum M. obviam habuit, & cum ille percunctaretur, quid inter mortuos ageret? in hac ossium congerie patris tui Philippi calvariam quæro, sed à veteris dignoscere non valeo. Laërtius. Diogenes ad Alex.

Musonius Philosophus interrogatus quisnam aptior vitæ ad diem ultimum feliciter claudendum, respondit; Vive ut cras moriturus. Marl. c. 26. Musonius.

Hieroglyphica & Symbola.

Alphonsus Arragonum Rex in symbolo dicitur habuisse coronam, in cujus ambitu hæc inscriptio exstitit: *Artifex cudit, Deus ludit, imponendo, deponendo.* In fronte coronæ pomum erat smaragdinum; cum lemmate, *Æstate prodor, autumno probor, hyeme perdor.* Manus tenens in illo orbis globum; cum lemmate, *Tenui pendentia filo.* Topotius. Alphonsi corona. Pomum. Manus.

Candela ardens, cum inscriptione, *Dum aliis prosum, consumor.* Candela.

Brachmani certis temporibus solent mittere vicinis regionibus arefacta folia cum his verbis: *Talis est vita hominum, qualis foliorum.* Drexelius in Prod. æter. Brachman. Folium.

Johannes Dux *Cliviæ* habuit in symbolo lilium, cum inscriptione, *Hodie aliquid, cras nihil.* Topotius. Hinc in tumbis antiquorum exprimebantur lilia & rosæ. Lilium. Germ. antiq.

In sepulchris juvenum ac puerorum apud *Germanos* erat olim hæc inscriptio per interrogationem Sepul. inscrip.

nem & admirationem, *Et mortuus est?* In sensum vero Epitaphiis erat eadem cum periodo seu puncto, *Et mortuus est.* Drexel. in prod. ætern.

Scipio. In exequiis *Scipionis* celeberrimi Marsalci Galliæ, ante tumbam caduceum prætulerunt, è cujus manubrio tria lilia pullulabant, utpote stemma *Galliæ*; per medium verò caducei erat inscriptio hæc, *Non genere tantum, sed ore & re Scipio.* Tomachor.

Calvariæ duæ. Duæ calvariæ jacent; una inter sceptra & coronas, alia inter ligones & rastra; inscriptio, *Hi discerne regem à rustico.* Sond.

Sol. *Persæ* in tumbis sculpebant Solem, cum lemmate, *Orietur.*

Phœnix. Antiqui *Ægyptii* Phœnicem in sepulchro post fata superstitem sculpebant; cum lemmate, *Evolabit.*

Athenienses. *Athenienses* in monumentis scribebant ciphras multas, cum lemmate, *Ignorans.*

Avis quæpiam reperiri dicitur, quæ uno duntaxat die vivit, mane nascitur, vespere moritur: Interea vero aliarum avium nidos pervolitat, & singularum voces ac cantus addiscit, canitque jam ut turdus, jam ut philomela, &c. Hæc avis symbolum solet esse hominis cito morientis, cum inscriptione, *Non diu sed satis.*

Alexand. M. *Alexander M.* de se dicere solebat, *vixi satis, quia non annos sed triumphos numero; metior me non ætate sed perennitate.*

Pausaniæ monument. In monumento *Pausaniæ* depicti erant canes multi insequentes feras diversi generis per campos & sylvas; lemma, *Venatio.* Cirica. Nempe vita hominis venatio est, & sæpe dum capere volumus, capimur.

Vita hominis venatio.

Orpheus. In *Orphei* sepulchro inscripta erat hæc unica vox, *Lusit.* Marl.

In monumento cujusdam Eleemosynarii scriptum

scriptum fuit, *quod dedi habeo, perdidi quod servavi.*

Ægyptii inter convivia mortui caput circumferunt, & convivatoribus ostendendo dicunt, *Bibite, comedite tales futuri.* Plutar. Ægyptii.

Habuit quispiam ampullatus homo ex superbia potius quam ex scientia pro symbolo, in stemmate hanc unicam vocalem, *Omnia.* Cui oblique tumorem castigando quispiam adscripsit literam S ante O, & legenda fuit vox *Somnia.* O bene! humana *Omnia* sunt *Somnia.* Elati cujusdam symbolum.

Ægyptii notaturi eum qui rebus hujus vitæ fideret, spemque suam in fragili poneret; *hominem manu anguillam tenentem pingebant.* Pierius. nam mundana instar anguillæ elabuntur è manibus, nec teneri possunt. Anguillæ fragil. hum. symbol.

Alii vitam hominis notaturi, navem pingebant cujus clavum Deus gubernaret. Homi. vitæ navis inst.

Isabella Arrag. Regina in symbolo habuit duos flosculos, unus vocabatur *Selenitropos*, id est, flos lunæ; alter *Heliotropos*, id est, flos solis; cum lemmate, *Sequor & æternum specto.* Brisson. Isabellæ Arragoniæ Reginæ symbolum.

Mortis symbolum olim mel fuit, vitæ vero fel. Rhodigin. l. 28. Nimirum, sicut apis est homo, & dum vivit, ex floribus virtutum mel æternitatis colligit. Mel mortis fel vitæ symbol. Mortis templum.

Spartani templum Deæ Morti ex candido marmore construxerunt, in cujus postibus scriptum erat; Morti matri peremnis felicitatis. Pausanias. Leonidis ossa.

Leonidis ossa in Mausoleum sunt translata, cum inscriptione, *Speculum bene meritorum de patria.* Idem. Clotario Imperatori à tribus Philosoph. vita hum. æquipara. a Caryophyllo.

Clotarius Imperator tres Philosophos quos à consiliis habuit interrogavit, quomodo posset vita humana optime exprimi: respondit horum primus, pingendum esse florem *Caryophylli Indici,*

qui licet honore & odore cæteris præcellat, si cum tamen testudo subintraverit, statim arcu cum inscriptione, *Tales opes momento pereunt.*

Phœnici. Secundus suasit pingendum Phœnicem, qui cum ob plumarum pulchritudinem aves insciat insidiari, noctu & interdiu volitat, nec tamen manus aucupis aufugit; cum inscriptione, *Tantorum laborum stipendium, mors.* Tertius sit hominem pingi in mari naufragantem, supra verò in nubibus aquilam & anchoram; cum lemmate, *Domine, ad te sunt oculi nostri.*

Et Naufraganti.

Sceptrum Caroli V. In *Caroli V.* sceptro stabat masculus mus tabellam tenens, cum lemmate, *Sta*: infra verò mures ejus plantas arrodebant, cum inscriptione, *Facebis.* Idem Imperator dicitur annulum habuisse cum horologio, in quo carbunculus instar indicis horas indicebat; hic color autem fuit hic carbunculus, & lucida quidem, nigra noctem denotabat. Lemma fuit, *Vertimur*, id est, carbunculus in cubitum.

Henrici Galliæ Regis vitæ adornatio. *Henricus* Rex *Galliæ* sic vitam suam ordinarat; *octo horas legebat, octo orabat, octo dabat operi & Reipublicæ.* Sedenti ad mensam tres orbes apponebantur; in primo orbe Crucifixus, cum lemmate, *Cibus cordis*: in secundo liber, cum lemmate, *Cibus mentis*: in tertio panis, cum lemmate, *cibus ventris*: supra mensam ex globo pendebat *alauda*, cum inscriptione, *cælum, terram tace.* Loco horologii utebatur tabella, quæ viginti quatuor lineis distincta, viginti quatuor horas diei ac noctis continuo indicabat. Annales Gall.

Alauda. Adverte hic, quod alauda cum in terra sedet, tacet; cum volat in altum, canit: unde bene ille, *Deum landa, non sicut alauda*: Cassiodorus, *à terra te elevasti, Deum laudare cœpisti; ad terram*

terram redire noli, ut alauda redit; justorum enim via crescit non decrescit.

Urbis Parisiensis insigne *Salamandra*, nimium in medio flammarum; appositâ hac notâ, *Gaudeo sed non uror.* Salamandra.

Struthio aspiciendo ova, fovet; cui apposite Academicus, *Ex visu salus.* Idem cap. 6. Struthio.

Julianus Imperator gerebat in stemmate regio aquilam sagitta percussam quæ confecta erat ex ejusdem plumis; addita notula, *ex ipsa mea ipsam*, id est, ab ipsa nascitur quod illam perimit. Ita mors ex peccato, at memoria mortis occidit peccatum; unde merito dici potest, *Ex ipso contra ipsum.* Julianus.

Pulchrum etiam symbolum humanæ vitæ potest esse lapis ille pretiosus, quem, authore Daubeo, Angelus dedit *Alexandro M.* paradisum ingredi quærenti: hic enim lapis omnes alios pretiosos in bilance superabat, etiam simul positos; conspersus vero pulvere minimo, minima pluma levior fuit. Hunc lapidem pulvere obsitum in symbolo habuit *Alphonsus Arragoniæ* Rex, cum lemmate, *in pulvere non Rex.* Lapis Alex. M. datus.

In *Alexandri M.* tumulo fuit *Asia & Africa* aurea catenis; cum lemmate, *Victoria Alexandri.* Alexandri M. tumulus.

Exempla, & reliqua supellex.

Olympiæ visa est nox in figura & habitu mulieris, quæ puerum album dormientem dextra tenebat, & sinistra nigrum dormienti similem. Primus appellabatur *Somnus*, alter *Mors*; utrique Noctis filius, Pausanias. Noctis filii somnus & mors.

Apud *Hispanos* mos fuit, tot hastas figere circa sepulchra, quot hostes quis interfecisset. Tacitus. Hispani.

Apud *Scythas* qui victor fuisset in bello, & vinum debuit bibere ex aureo scypho, & super Scythæ.

mortui

mortui sepulchrum aureus appendebatur scyphus. Idem.

Regina Amalus. Reginam *Amalusintam* sic descripsit *Cassiodorus* lib. 1. *Si prudentem quæris, hæc fuit; si fortem, nulli cessit; consilio optima; religione nitens; prole beata, ubique chara.* Epitaphium ei tale fecit, *Casta vixit, lanam fecit, domum servavit.*

Tessalia. Tessalia funeri matris suæ cum adesse non posset, misit spongiam lacrumis plenam, cum lemmate, *Corde & lacrumis prosequor.* Appianus.

Libitinæ statua. *Romani* in medio foro statuam *Libitinæ* posuerant, ut transeuntes, ementesque & vendentes mortis monerentur. Rosinus.

Sybaritæ. *Sybaritæ* ut melius voluptatibus indulgerent, *plectebant eum morte qui mortis mentionem fecisset.* Solinus.

Mortuos deflere interdictum. In principatu *Tiberii*, sub pœna capitali interdictum erat mortuos deflere; ipsæ matres flentes super mortuis filiis convictæ necabantur. Tacitus l. 5. annal.

Mos in coronatione quondam usitatus. In coronationibus Imperatorum hujusmodi genus usitatum fuit, ut eo ipso die quo capiti corona, manibus sceptrum Imperiale imponebatur, egregius sepulchrorum fabricator, tres diversos lapides, *Alabastrum*, *Iaspidem*, & *Porphyrum* afferret, ut ex illis habito delectu, sepulchrum construeretur; alta voce inclamans, *Elige ab his, ex quo, Augustissime Cæsar, ipse tibi tumulum me fabricare velis.* Claudius Parad.

Philippus Macedon. *Philippus Macedo* puerum habuit in aula huic tantum muneri destinatum, ut quotidie ad eum ingressus tale quid proferret; *Memento, Rex, te esse hominem: tunc Rex miseram conditionem considerans, tales è pectore effundebat voces; hen me miserum! homo sum, & proinde mortalis, ac in cinerem redigendus.* Ælian. l. 5. c. 15.

Ægyptii dum Genio indulgerent, *Osirim* Regem in aurea tumba circumferebant. Plutar. Ægyptii.

Domitianus Imperator invitatos ad convivium, in palatium nigro panno obductum induxit, ubi tantum duæ ardebant candelæ, & quemlibet loco solii in tumba collocavit; dicendo, *Vivite memor lethi.* Xiphilinus. Domitianus.

Macrobii Æthiopiæ populi, defunctorum statuas ex auro vel argento vel ligno erigere solebant, ut ita memoria defunctorum in animis conservaretur: his vero statuis excavatis includebantur cineres defunctorum. Is autem qui sanguine proximus defuncto fuit, eam statuam domum deferebat, & vitro pellucido includebat; cæteri vero adfines, primitias frugum suarum, & alia plurima singulis annis offerebant. Ctesias apud Diod. Siculum. Æthiopes.

Galatæ superstitionem habuêre, ut quamprimum exspiraret aliquis, *varias ad eum literas & scripta destinarent, quæ ipso sepulturæ die una cum corpore cremabant.* Alex. ab Alexandro l. 3. Credebant literas à mortuis in alio mundo legi. Galatæ.

Lacedæmonii, ut juventutem ad majorum imitationem accenderent, defunctorum Heroum imagines in ære vel marmore ad vivum exprimebant, in senatuque exponebant singulas cum suis elogiis, & hoc lemmate; *si fueritis sicut isti, viris sicut isti.* Bessæus. Lacedæmonii.

Abrahamus Ortelius cosmographus scribit quandam gentem esse, quæ ossa mortuorum loco nummorum habet, iisque utitur in emendis vendendisque rebus, loco auri; & ea ossa loco divitiarum habet. Ossa mortuorum divitiæ.

Tyrannus quispiam sibi ex ossibus mortuorum organa fieri curavit; dicens, *Salus regum mors bestium est.* Tyrannus ex ossibus organa fabrie.

Idem

Idem Tyrannus capita occisorum in arborum ramis, horto suo delicato, pomorum loco appendebat; in vestibulo autem horti scriptum erat, *Bellaria Martis*.

Vitæ brevitas.

Philosophus quidam rogatus ut suam de vitæ brevitate sententiam daret, tacens, in orbem se gyravit. Phocylides.

Symbolum vitæ humanæ.

Alter philosophus parumper subsistens, deinde se abscondit, & hoc esse optimum symbolum humanæ vitæ dicebat. Lycosten.

Cranium Nicephori. Romani.

Ex cranio *Nicephori* Imperatoris poculum formatum est, *Bulgarorum*que proceribus ab ipsorum Principe deinde propinatum. Radenus in virid. Sancto.

Romani ubi animam ægrotus exhalare cœpit, qui proximores erant, spiritum ejus egredientem ore appositio excipiebant. Rosin. l. 5.

Cupressus symbolum mortis.

Apud eosdem cupressis signabantur mortuorum domus, quia sicut hæc arbor excisa non renascitur, ita ex mortuo nihil jam sperandum est. Idem.

Tubicines.

Tubicines præcedebant funebrem pompam qui canebant laudes & facta defunctorum; præferebantur etiam insignia honorum quos gesit, coronæque omnis generis quas meruit; præterea totius familiæ imagines in hastis & perticis portabantur: *Servi à defuncto liberum donati lacrumantes, & pileati seu albâ lanâ velates capita, præcedebant feretrum*; & hoc maximè honorificum fuit, familiam suam à defuncto honoratam fuisse. Rosinus.

Mos apud Romanos post exustum cadaver.

Apud eosdem *Romanos* mos fuit, ut post exustum cadaver Præfica novissimum verbum illud altissima voce inclamaret, *I licet; ite est, ite licet jam domum*; quo dicto qui comitati funus erant, domum abituri extremum vale sic ter occlamabant, VALE, VALE, VALE.

nos te ordine quo natura permiserit sequemur. Idem.

Episcopi *Constantinopolitani* ita olim gratulabantur Imperatoribus, *Imperator oriaris, Imperator moriaris*: quæ verba etiam ab Imperatoribus inter gemmas diadematis circumquaque scripta portabantur. Episcopi Constantinopol.

Severus Imperator moriens ultimo dixit, *Omnia fui, sed nihil prodest.* Ælius Spart. Severus.

Ad *Alexandri* mortui corpus plures philosophi confluxerunt, & super regio funere lamentati sunt. Unus dixit; *En modo quatuor ulnarum spatium ei satis est, cui spatiosissimus terrarum orbis non sufficit.* Alter subjungit, *Heri potuit Alexander quos voluit à morte liberare, hodie seipsum non potest.* Tertius aureum tumulum contemplatus, dixit, *Heri ex auro fecit thesaurum, jam mutatis viribus thesaurum ex Alexandro facit aurum*: alii aliter sunt lamentati. Petrus Alphonsus apud Drexel. Philosophi lamentantes super Alexandri mortui corpus.

Carolus rex *Siciliæ* cum in ultimis esset, hæc locutus est; *O vanas hominum cogitationes! ah miseri! honoribus delectamur, & cœlum negligimus. Mendicum cœpi vivere & jam cogor vivendi finem facere. Eadem me necessitas involvit quæ vilissimum mendicum: vale igitur terra, vale; sed ab nullo liceat dicere, salve cœlum!* Lucius Marin. de reb. Hisp. Carolus Rex morti vicinus.

Turcarum Imperatores cum quendam è *Basis* & imperii proceribus perire volunt, literas ipsum sua manu scribunt, easque nigro holoserico obvolvunt: harum literarum hæc semper est summa; *Mitte mihi tuum caput.* Busbequius de reb. Turc. Turcicus Imperator.

Pacuvius Syriæ præfectus hoc in more habuit, quotidie à cœna vino somnoque sepultus se lectum ferri à famulis juberet, atque à flen-

tibus Pacuvius.

tibus occlamari, *Vixit! vixit!* Applica; quod ille ex perversa consuetudine faciebat, nos pie & laudabili Christianorum more, cum Domino N. facimus: reddimus illi ultimum obsequium, extulimus in lectum subterraneum, restat ut acclamemus *Vixit*; nimirum ad decus familiæ, patriæ, Ecclesiæ, & gloriæ, &c. Causinus l. 4. Symbol.

Augustus. *Augustus* Imperator supremo vitæ die vocatus ad se amicos percunctatus est, ecquid videretur, an vitæ mimum bene transegisset? cum illi respondissent bene, subjecit ille, *Ergo plausum date*. Suetonius in August. 99.

Moneta Heros dicta. Tempore *Severi* Imperatoris reperta est moneta quæ *Heros* dicta est, in qua mirabilis ex sculpta fuit figura; caput elephantis fuit, cum lemmate, *Magnanimitas*. Pectus delphini, cum lemmate, *Humanitas*. Manus castoris, cum lemmate, *Officiositas*. Pedes ursi, cum lemmate, *Modestia*. Imago fuit Herois, significans virtutes quibus vitam suam ornare debet, ut laudi vivat immortali. Trebellius.

Henricus dux Bavariæ. *Henrico Bavariæ* Duci apparuit quispiam in pariete scribens hæc verba, *post sex*: *Henricus* moriturum se existimans post dies sex, omni diligentia ad mortem se præparavit; transactis autem diebus sex cum salvus existeret, post sex domadas mortem imminere verebatur, ideo rursus sua disponebat, sed nec tum mortuus, quapropter post menses sex vitæ finem sortitumans, denuo paratus quasi moriturus; sed tunc evasit incolumis: certissimè itaque post nos sex moriturum se conclusit; sed ecce elapsis annis sex in Cæsarem eligitur, & hoc ei elogium adscribitur, *Seipsum singulis senariis separabat, & post mortem identidem vivebat*. Graterus.

Philippus Rex Hispaniæ moriens sic *Philippum* II. filium instruebat; *Fili, hoc assequutus fasti- quod habui, hujus etiam lecti in quo me jam me memineris; hic ut cernis subsistit omnis mundi ia: sic vive, ut non amittere te regnum sed com- are sentias.* Henric. Spondanus. Philippus Rex Hispan.

Georgius Dux à fratre Edvardo quarto Anrege ob suspicionem affectati régni jussus mori, data tamen est ei mortis optio. Ille, *suam*, inquit, *mortem eligo*; labrumque vino *Malvatico* impleri præcepit, in quod se collocans, m dulcissimum liquorem sorbendo, se subnit. Drexel. Prodrom. cap. 3. Georgius Dux Clarentiæ.

In Insula quapiam *Bogaca* dicta, fons laudaperennis & nobilissimus, cujus aqua epota, jam mortuis vicini rejuvenescunt: Quienex decrepitus eo se contulit amore vitæ, & potus est ibidem aliquot dies, resumrobur virile, & florens domum rediit, uxoerum duxit, & genuit filios. Eusebius No- l. 6. c. 54. Hunc senem dicit se vidisse *Petrus* Fons mirabilis efficaciæ.

Artemisia Regina *Mausolo* marito celeberri- monumentum exstruxit, & à nomine viri leum vocavit; cineres verò viri cum vino ebibit, ipsa vivum mariti sui sepulchrum Bessæus. Mausoleum.

Ludovicus Cortusius Jurisconsultus Patavinus suum musicos quinquaginta omnis geconduxit; feretrum jussit ferri à duodecim nibus viridi veste ornatis, cum cantu læto triumphali centum funalibus stipantibus; tante toto urbis clero & monachis omniexceptis nigris, ne tristitiæ color lætitiam eris funestaret; lachrymari testamento prouit. Drexel. in prodrom. Sepultura triumphalis.

Menan-

Menander Rex Bactrorum.

Menandro optimo Regi *Bactrorum* in ca mortuo honorifice in civitatibus omnibu rentatum est : de reliquiis ipsius vehemc pugnatum est, & vix hac conditione pax fa ut singulæ civitates, parte æquali cinerum ablata, monumentum ei statuerent. Plut

Dionysii uxor & liberi.

Dionysii uxor & liberi contumelia prius cti, necati sunt, & cineres eorum in mare pati. Plutar.

Duo conjuges.

Hieronymus scribit se vidisse duos conj virum quidem, qui viginti sepeliviſſet ux fœminam vero, quæ viginti duobus supe fuisset viris ; & hos matrimonium deniq cum iniviſſe. Expectabant homines avid quis horum prius moreretur, sed mor mo fœmina est ; ergo maritus à populo urbis coronatus est, palmamque ferens laureatus ante feretrum & omnem po ibat, dum uxorem terræ commendaret. II. ad Geront.

Philippus rex Macedoniæ.

Philippus Macedo moriens, ad proceres & adstantes dixit hæc solandi ergo; *Non quia Alexandrum in quo vivam, in terra* Plutarchus.

Edvardus IV. Angl. rex.

Edvardus IV. Rex *Angliæ* moriens, Cancellarius dixisset, an non doleret, tam splendida palatia & possessiones reli deberet ? respondit, ostendendo filios, *gnora erunt mihi eburnea palatia, in quibus quoad stabunt ; & possessiones meæ erunt, ex fine ullo jam labore percipiam fructum.* Angl.

Hippocratis ara.

Hippocrati aram statuerunt Antiqui; cum scriptione, *Deo Vitæ.*

Galenus morborum Imperator.

Cum *Galenus* à quodam morbo lethali *ninum Pium* liberasset, (in quo depellendo duodecim gemmas hausit, quæ novem mil

bus constabant) Imperator medico suum dia-
ma dono dedit, dicens, *Antoninus Imperator*
manorum, Galenus Morborum. Lampridius.

Maria Vngariæ Regina habuit aviculam no- Vita
me *Vita*, quæ ejus moris est, à quo oculos a- Avis.
git, signum est illum brevi moriturum; quem
hilariter intuetur, ei vitam longiorem
mittit: hujus aviculæ oculum hæc Regina
annulo habuit, cum inscriptione, *Non gemma*
Vita. Binetus.

Athenienses Regibus suis sic precabantur vi- Athen.
Vince hostes armis, cives animis, corvos annis.
variar. histor.

Lacedæmones sic; *Dent tibi Dii largam manum*, Lacedæ-
fidem, longam vitam. Ibidem. mo.

Veneti sic; *Princeps esto tot annorum quot subdito-* Veneti.
Ibidem.

Veneti VIII. *Pontifici Romano* ab initio Pa- Horol.
bulit quidam horologium, cum inscri-
SEMPER PRIMA, NUNQUAM
TIMA. Binetus.

Francorum recens creatis regibus offerebant for- Franci.
um, in qua scriptum, SEMPER SUPER-
Epitom. var. hist.

Lacones sic gratulabantur suis Ducibus, *Pelle* Laco-
pelle morbum. Ibidem. nes.

Quædam Saracinorum avicula nomine *Soroaches*
duo propria habet; primo, quod à Domi-
Passionis ad Pascha, nec cantet, nec volitet,
veluti mortua extensis in crucem alis ad ra-
borum pendeat; secundo, quod sub tem-
eclipsis lunæ cor ei obrigescat, & oculi
nube quadam & caligine inumbrentur.
cerarius.

Semper uno Imperatore defuncto sic lamen- Lamen-
tatur, *Vtinam aut non nasceretur, aut non mo-* tatio.
reretur. Aurel. in mori. Imperat.

An-

Augustus. *Augustus* Imperator capta *Perusia* in plur[illegible] sæviit: orantibus veniam hæc unica vox occ[illegible] batur, *Moriendum est.* Sueton.

Thraces natos plorant, mortuos rident. Gens quæpiam *Thracibus* finitima, edito [illegible] fante, cum amicis frequentibus plorant, com[illegible] morando sibi quantas hic calamitates per[illegible] debeat; è contra defunctum hominem cum l[illegible] tia efferunt, recensentes, quam multis sit m[illegible] subductus. Herodotus.

Idem fecerunt *Causiani & Getæ*; puer[illegible] luxerunt, funera plausu exceperunt: Stob[illegible]

Saladinus. *Saladinus Ægyptiorum Regum maximus, c[illegible] tum Orientem subjugasset, Occidentem terr[illegible] Asiam domuisset, totum denique orbem concu[illegible] ut morti se jam vicinum vidit, mandavit ut [illegible] ac spiritum exhalasset, tunica interior per o[illegible] vitatis vicos in hasta circumduceretur, & à p[illegible] alta voce inclamaretur; Saladinus Orientis [illegible] lum, Asiæ Dominus, omnium populorum terr[illegible] omnibus suis victoriis in bello partis, tandem [illegible] Morti cedens, nihil secum defert. nisi unicum [illegible] dusium quo in sepulchro operitur.* Anton. p. [illegible] 17. c. 9.

Xerxes. *Xerxes* innumerabiles militum copias co[illegible] rat, quas cum lustrandi causa, in verticem [illegible] tis se contulisset, lachrymis obortis, sus[illegible] dixit; *centum abhinc annis nullus omnino s[illegible] erit; omnes in cinerem redigentur.* Plutar. in [illegible] Xerxes.

Philippus. *Philippus Macedo* cum palæstram in qua [illegible] luctabantur, ingressus esset, & inter luct[illegible] ad terram prolaberetur; jacentis sui co[illegible] imaginem in arena expressam videns, & q[illegible] parum loci occuparet considerans; jocando [illegible] pit dicere, *O quam minimam terræ partem [illegible] sortiti, orbem appetimus universum!* Marl.

Brachmani. *Brachmani* cum ab *Alexandro* petiissent [illegible]

...m immortalitatis, ipse vero respondisset; *rem ...rsus, filii, impossibilem postulatis, quia & ipse ...talis sum*; tunc protinus adjecerunt, *cur ergo ... insana regnandi libidine flagras, ac si morti ...quam tributum soluturus?*

Pictores ut mortis naturam exprimerent, il... proponunt nudam, lumine cassam, auribus ...ntem, & falce armatam; nudam quidem, ut ...ceant, quod hinc nudi exire debeamus: cur ...ine captam? quod in obvia quæque impin..., & sine respectu obruet: auribus caret, quia ...oribus non flectitur, lachrymis non move... ad preces humanas veluti rigida rupes sur...it; hinc à *Pericle Atheniensium* Duce *Atropos* ...orabilis) nominatur. Porrò, quid per fal... quam feralis hæc *Megæra* manibus vibrat? ...iam mors omnia sola æquat.

Est commune mori, mors nulli parcit honori;
Debilis & fortis veniunt ad funera mortis.

...*egorius* navigantibus similem facit morta... vitam; *videntur enim homines quiescere loco, ...pinantur arbores, agros, scopulos moveri; at non ...avis iter agit, cætera neutiquã moventur.* Greg. ...tultos *Agrigentinos* antiquitas nominavit, de ...us *dicitur, Agrigentini epulantur ut cras mori... ædificant ut semper victuri.*

Navi-ganti si-milis vi-ta no-stra.

Agri-gentini stulti.

Alphonsus dux *Calabriæ Edvardo* filio suo dedit ...ureo clypeo zodiacum talem, in quo quatuor ...malia picta erant: Primum erat cervus; cum ...scriptione, DEUM TIME. (Cervus timet ...itrua & fulmina.) Secundum erat ciconia; ...m inscriptione, PARENTES REVERE... (Ciconia senes parentes dorso suo por... ac nutrit.) Tertium erat testudo; cum ...scriptione, DOMUM PROCURA. (Testudo domum suam semper portat secum.) ...uartum erat delphinus; cum inscriptione,

Alphon-sus filio clypeum dat.

OF-

OFFICIIS VACA. Delphinus alios pi
sibi conciliat benefaciendo, non nocendo; m
tas præmonet saltu suo & lusu; cum temp
imminet, mergentes tergo portat: Super o
hoc lemma fuit, CELER VIRTUT
CURSUS. Id est, sic cito senescere possum
longam vitam vivere.

QUÆSTIO III.

Quomodo Epitaphia construenda sint, & sepulc rum inscriptiones.

Epitaphium quid?

Epitaphium est oratio, sive prosa, sive lig in defunctorum sepulchris scribi solita, vel ve dis super sepulchra pendentibus: debet con re nomen mortui, genus mortis, gentis, fami & factorum præcipuorum brevem comme rationem. Supra inscriptionem communiter verba ponuntur, DEO O. M. vel ÆTER TATI: Infra verò ponuntur nomina co qui defuncto Epitaphium posuerunt.

Epitaphia alia sunt jocosa, alia seria. Va modus scribuntur. Aliquando enim simpli narratur, quis hic sepultus sit, & qualis fuit. Aliquando ipse mortuus inducitur de se loqu cum viatore aut lectore. Aliquando ipsum m mor aut saxum loquitur de eo quem tegit: in dum instrumenta loquentia inducuntur, quæ d functorum tumulis aut insculpuntur aut adp guntur. Solebant autem antiquitus singulis s instrumenta apponi; v.g. pastori baculus; nau remus; agricolis aratrum; militibus fra venatoribus falco aut canis; cæteris cætera. M dernis verò temporibus stemmata imprimuntur aut symbola tumulis; v. g. Ducibus aquila, v leones; Sacerdotibus claves; Oratoribus fl men; poëtis cygnus; Ergo mos est ut interdu aliquod instrumentum loquatur, v.g. frames, sic

Ac

ACUTA FUI OLIM FRAMEA,
Sed nunc ad mortis saxum hebetata sum:
Fulgebam olim splendore Martio
Ibi, &c.
At nunc rubigine lethi corrodor.
Timebat me hostis,
Sed quamdiu me brachium Domini N. agitabat.
Jam cum Domino fessa bello & victoriis
Hic quiesco, &c.

Interdum ponitur supra tumulum pictura tantum seu symbolum aliquod cum elogio, seu acuta sententiola v. g. Si regis cujuspiam amorem in subditos velles depingere, symbolum hoc serviret; *Pelicanus sanguine pullos suos fovens*, cum elogio, PRO LEGE ET GREGE. Vel *aquila expansis alis*, cum epigraphe, SUB UMBRA ALARUM MEARUM. Vel *Leo apertis oculis dormiens*, cum lemmate, NON DORMIVIT QUI CUSTODIVIT.

Adverte autem, summè curandum esse ut epitaphia & inscriptiones sive tumulorum sive vexillorum, abundent doctrinis & sententiis moralibus. Sed omnia melius in exemplis videbuntur.

Exempla.

Quæris Viator quis sub hoc marmore tectus jaceat?
Homo, ut tu mortalis,
Qui sic patriæ vixit,
Ut eum vixisse non pœniteat.

Tu
Manibus ejus bene precare
Salutis tuæ non immemor:
Vive & Vale.

Aliud.

Hic decumbo Viator;
Vide quid sum,
Fui quod es,
Eris quod sum;
Vale.

Aliud.

Mortales cum simus,
Quid futura dies nobis vehat nescimus:
Johannes mihi nomen est,
Cognomen N.
Annis vixi XVI.
In palæstra literaria exegi VIII.
Virtuti litavi;
Integritati sacrificavi;
Partheniis Partheniè vixi;
Et ecce,
In vernanti ætate morior.
O me vel ipsæ Musæ,
Vel fata,
Vel amici,
Vel parentes
FLETE!

Ex deliciis Orbis hæc sint.
Francisci Pacini.

Inveni portum, spes & Fortuna valete,
Nil mihi vobiscum est, ludite nunc alios:
Hospes eram mundo per mundum semper eundo;
Nunc suprema dies fit mihi summa quies.

Angeli Politiani.

Politianus in hoc tumulo jacet Angelus; unum
Qui caput, & linguas (res nova) tres habuit.

Iocosum in Vespiam, luxuriosam vetulam.

Tres habuit furias quondam, sed Vespia manes
Vt petiit, furias quatuor Orcus habet.

In Pium V. Pontificem Romanum.

Papa Pius Quintus moritur: res mira, tot inter
Pontifices, tantùm quinque fuisse pios.

Silvii Palladii.

Fui;
Non sum;
Estis,
Non eritis;
Silvius Palladius,
Qui
Ut moriens viveret,
Vixit ut moriturus.

Aliud pro Iuvene.

Heu! heu!
Hic ante annos juvenis jaceo
Morti ludibrium,
Fratri funus,
Patri mœror,
Matri lacruma,
Musis luctus,
Juvenibus exemplum,
Senibus suspirium,
Mihi tabum, cinis, nihil:
Deo quid?
Ah Viator cur rogas?
Eheu!
Jam audio quod timeo;
Quod spero
Tu cras scies,
Curiose civis abi.

Saladini Ægyptiorum Regis.

Floruit in toto qui Rex oriente potenter,
Nunc jacet; ex tantis quid tulit? ecce nihil!

Principis Poëtarum Virgilii epitaphium, quod non vicinus sibi erexit, ad libros respiciens suos quos conscripserat, De Bucolicis, de Georgicis, & Æneidos.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rura, hostes, fronde, ligone, manu;
De capris pastis, de rure sato, hoste subacto,
Nec lac, nec segetes, spolia nulla tuli.

Ovidii, ex l. 3. Tristi. Eleg. 3.

Hic ego qui jaceo tenerorum lusor amorum,
Ingenio perii Naso Poëta meo.

Mirandulæ in templo S. Marci *Florentiæ.*

Hic situs est Picus Mirandula; cætera norunt
Et Tagus & Ganges, forsan & Antipodes.

Similii Præfecti militiæ sub *Adriano* Imperatore.

Similius hic jacet,
Cujus ætas multorum quidem annorum fuit;
Septem tamen duntaxat vixit
Quibus vixit sibi,
Similius septennis vetulus.

In Sardanapali tumulo erat manus sculpta ad crepitandum digitis crepitum disposita.

Sardanapalus Anacyndaxis filius
Anchialem & Tarsum
Uno die condidit.

Ede. bibe. lude.

Reliqua ne digitorum quidem crepitu digna sunt.

In *Orphei* sepulchro lyra fuit sculpta, cum inscriptione,

LUSIT.

In mercatorem magnum debitorem.

Mercator jacet hic, cujus mihi dicere longum
Nomina sit; moriens nomina mille habuit.

Viennæ, Maximiliani Cæsaris.

Maximilianus Cæsar semper Augustus,
Demissus cælo,
Redditus cælo,
Non obiit sed abiit.

Lovanii, Joannis Vamesii.

Iste vir fuit, Lector, sed fuit;
Tu quoque quod es non eris.
Alius aliò, sed omnes huc imus
Cogita, & huic bene apprecare,
Ita posteri tibi.

Joannis Fossæ ex nimio Poëseos studio ad insaniam redacti.

Hæc sunt in fossa Fossæ mirabilis ossa,
Qui sibi condendo versus cere-comminuit-brum.

Philosophiæ Magistri indocti, inter disputandum in Grammaticam peccantis.

Hic jacet Magister noster,
Qui argumentavit bis vel ter;
Semel in Celarent
Vt omnes admirarent,
Bis in Frisesomorum;
Requiescat in secula seculorum.

Magistri Grammaticæ.

Grammaticam didici, multos docuique per annos,
Deflnere tamen non potui tumulum.

 nod

Uxoris Lot in statuam versæ.

Hoc est sepulchrum intus cadaver non habens,
Hoc est cadaver sepulchrum suum non habens,
Sed cadaver idem est & sepulchrum sibi.

Epitaphium *Petri Comestoris* apud Sanctum Victorem Parisiis.

Petrus eram quem petra tegit, dictusque Comestor;
Nunc comedor nimis, & docui, nec cessè docere
Mortuus; ut discat qui me videt intumulatum,
Quod sumus, iste fuit, erimus quandoque quod hic est.

Apud Cajetam hæc inscripta reperiuntur Scipioni Africano.

Devicto Annibale, capta Carthagine, & aucto
Imperio, hos tineres marmore tectus habes;
Cui non Europa, non obstitit Africa quondam.
Respice res hominum quam brevis urna premit.

Franciscus Petrarcha, personam filii agens, eum deplorat hoc Epitaphio.

Vix mundi novus hospes eram, vitæque volantis
Attigeram tenero limina dura pede.
Franciscus genitor, genitrix Francisca; sequutus
Mos, de fonte sacro nomen idem tenui.
Infans formosus, solamen dulce parentum;
Hinc dolor, hoc uno sors mea læta minùs.
Cætera sum felix, & veræ gaudia vitæ
Nactus, & æternæ tam citò, tam facilè.
Sol bis, Luna quater flexum peragraverat orbem,
Obvia mors, fallor, obvia vita fuit.
Me Venetum terris dedit urbs, rapuitque Papia;
Nec queror, hinc cælo restituendus eram.

Alia Recentiora.

SIGISMUNDI III.
Poloniæ Regis.

Æternitati.
Sigismundus III
Suecis à Natura, Polonis à libera populorum suffragatione,
Utrisque à DEO datus Rex;
Joanne Sueco & Catharina Jagellonia,
Hoc est,
è vetustissimo hinc Gothorum, inde Polonorum,
utrinque Regio sanguine;
Flos Europeæ Nobilitatis.
Natus
A Patre regum sapientissimo regnandi,
A Matre fœminarum piissima.
Deum colendi artes edoctus,
Ita vixit ut Regnare,
Ita Regnavit,
Ut vivere eum diutissime Reipubl. interfuerit.
Regnavit à pueritia,
Vixit ad Senium,
Semper bonus, supra suorum vota
Semper felix, supra sua merita &c.
Bello invictus, victoria mitis, pace justus:
Nihil unquam magis timuit quam bellorum causas:
Nihil minus quam eventa.
Bellavit sæpe, vicit semper, triumphavit nunquam,
Quod diceret
Regum rationes ita demum constare,
si illis opus & labor,
Reip. merces & fructus,
Soli Deo Gloria & honor,
sua cuique redderentur, &c.
Vixit
Annis LXVI.

Quod Regum non multi;
Regnavit XLIV;
Quod pauci,
Ubique inculpatus, & propria sua laude innocens,
quod vix alius.
Fama cane,
Livor sile,
Posteritas mirare,
Ego magnos Manes veneratus, similes Orbi
terrarum Reges precor, & abeo N. N.
Lacrumans.

Constantiæ Reginæ Poloniæ.

D. O. M.
Sereniſſima Regina Poloniæ Conſtantia
Ferdinandi I. Imperatoris Optimi Neptis,
Caroli Archiducis Auſtr. & Mariæ Ducis Bavariæ Fil.
Ferdinandi Cæſaris ſemper Auguſti ſoror,
Seren. & Potent. Pol. & Suec. Regis,
Sigiſmundi III. Conjunx,
Mortalitatis ſuæ exuvias ad Dei Judicis uſque adventum hic depoſuit:
Joan. Caſimirum, Joan. Albertum, Carolum Ferdinandum, Alex. Carolum, Annam Catharinam,
Lectiſſimos Principes,
fœcunda boni publici mater reliquit:
Cœlo autem fœcunditatis ſuæ partem filium & filiam
conſecravit, &c.
Inopinato mortis caſu
Conjux Regem,
Mater Principes,
Regina Regnum,
totam Chriſtianitatem piiſſima Princeps in mœrore
reliquit.
Verſaviæ X. Julii Anno ſalutis
reparatæ CIↃ IↃ CXXXI.
Ætatis XLIV.
Conjugii XXIV.

Alexandri Caroli Principis.

D. T. O. M.

Hic
Primævo in flore raptus
Flos ille Principum,
Alexander Carolus Poloniæ & Sueciæ Princeps,
Sigismundi III & Constantiæ Polon. & Suec. Regum filius,
Vladislai IV. Pol. & Suec. Regis Frater,
tot Cæsarum tot Regum germen,
mortales ævi flores, mortales exuvias deposuit:
Ille Alexander
Sanguine, indole, exspectatione Magnus,
Et ipsa expectatione major;
Alexandro illi Magno, sed innocenti simillimus.
Ea jam indoles, is animus præcursor ætatis
Iamoribus, in factis, in consiliis, emicuit, eminuit,
quo jam Regnis, quo spei publicæ, non
Domi tantum, sed foris placuit.
Qui dum Christiani Orbis florentiores partes inter
stuporem & amorem magnus hospes lustrat,
Repente ad arma & bellum contra Christiani Orbis
Hostem
Pro Relligione, pro patria properavit, rediit:
Huc studia, huc vota omnia præparabat.
Intercessit pax, accessit morbus, successit heu mors!
Sed nihil laudi, nihil gloriæ decessit.
Respexit vota cœlum, animumque coronavit,
XIII Kalendas Decembris,

ANNO

ÆTATIS XX.

CHRISTI CIↃ IↃ CXXXIV.

Regnantis Vladislai Fratris III.

Walenſteinii manibus.

Hanc nec molem, nec Pyramidem, nec
Sepulchrum, ſed exiguam ruderum ſtruem
ne deſpicias Viator;
Quam ingentis machinæ ruinam
Ipſemet Jupiter Germanicus exhorreſcit.
Gigantem tegit,
Qualem, terram Parentem irâ Deorum irritatam ex-
mum Encelado fratrem peperiſſe dicas;
Hunc
ex claris quidem ſed modicè faſtigiatis
penatibus ea ſors ſuſcepit,
Quæ ligones ſceptris vel gaudet vel audet æquare,
quæ ex Paſtoribus facit Heroês.
Novum Herculem dixiſſes genitum,
niſi ille ſerpentes in ipſis cunabulis necâſſet, ut
monſtris interficiendis adultus aſſuefceret;
Hic
ab incunabulis malos Genios foviſſet,
à quibus aliquando monſtris interficeretur.
Jamque ita excreverat,
ut ipſum Jovem ſuam prolem agnoſcere credidiſſet.
Ille
Supremus bellorum Miniſter,
Summus Imperii Adminiſtrator,
Olympum ſolus ſuſtinere videbatur.
Cur autem in tanto culmine non valide ſteterit, quæri
Ambitionis turbo eum dejecit;
Siquidem non ipſe, ſed fortuna fatigata,
dum majus quod ſibi parabat pondus,
levis illa, detrectat,
Degeneres ortus prodidit,
& ex filio Jovis
Rebellem indicavit;
Ut quem ſimulata fides evexerat,
aperta perfidia deprimeret:
Relligionis ſacra polluere,
Imperii majeſtatem evertere,

Tot

Tot Regum, tot Cæsarum ipsique pene
Cœlo cognatum sanguinem innoxium profundere,
Omnia superbo pede calcare,
Regem se facere Sacrilegus moliebatur:
Verum
Moles tanti furore ignis ante tempus disjecta,
Molitorem ipsum egit in cineres.
Sic Imperia iisdem quibus parta sunt artibus
amittuntur.
Tu antequam abeas,
Lapillum saltem congerere ne graveris,
Ut in Gigantis olim excrescat tumulum,
qui Gigantis nunc operit ausus.

CAPUT VIII.

De Oratione Natalitia.

DUplex oratio natalis esse solet; una est qua gratulamur parentibus felicem filii aut filiæ natalem. Altera est qua natalem alicujus in recursu anni recolimus, eidemque ipsi gratulamur. De utraque breviter.

QUÆSTIO I.

Quomodo construitur oratio in qua prolem natam parentibus gratulamur.

Primo, præmitti solet aliquis discursus, aut de parentum felicitate, qui familiæ suæ fulcra aut decora in liberis accipiunt; aut de felici successu amicorum; aut de consuetudine gentium, aut alia historia ad rem accommodata. Præsertim autem hi discursus formari solent ex occasione aliqua interveniente temporis, loci, personæ, vel aliarum circumstantiarum. Secundo, explicentur causæ lætitiæ propter quas parentes & amici gaudere debent; ut quod hoc modo familiæ fulciantur, majorum gloria propagetur, & optata nobis per posteros nominis æternitas occupetur, &c. Tertio, omina & auguria Oratio natalitia ad parentes prolis.

guria fiunt de Infantis felicitate, de valetudine bona, de genere vitæ: & hic laudes tractari majorum possunt, quos scilicet infans imitabitur, & à quorum virtutibus nunc lucem & nobilitatem accipit. Quarto, fiunt apprecationes, ut hæc omnia impleantur quæ spe sunt concepta. Quinto, si patrimus orationem dicit, gratias agit parentibus quod singulari ratione ad hujus lætitiæ sensum se admiserint; seque illis & infanti ad obsequia offert.

Praxis.

Gratulatoria natalit. Semper ego risu dignam existimavi lacrimandi eorum consuetudinem, quibus suorum natales indictis plorationibus excipere, in frequenti amicorum collegio nimiopere religiosum fuit, N N. Stolidi certe mortales, aut æ mortales quidem, si rationis in hoc opere & naturæ injuriam rite contemplemur! Vel enim natos deflere debebant, vel pleniſſimo invidiæ ausu velle soli vivere, & secum universam humani generis œconomiam exstinguere. Nam, ut verum sit, etiam quotidiano experientiæ calculo, hominem fortunæ adversarium & calamitatum nasci; numquid ita fuerunt in rerum natura hospites, aut plumbei sensus, ut ad virtutem homines creari nesciverint? Virtus vero cum fortuna litigare debet, si vera est, ut triumphet, & inter adversa debet claresc ere. Non frangunt hominem sinistra, sed firmant; sicut nebulæ solem non fœdant sed commendant. Ignaviæ igitur militare voluerunt illi, & voluptatem in stipendium mereri, non vitam velut arenam ingredi, in qua fortia agere & pati generosorum est hæreditas. Sed utut sit, saltem oculis hæ nationes hominis vitam inspexissent, didicissent utique filium personam

sonam patris, vocem patris, animum patris, simulachrum patris nasci, in familiæ ornamentū, decus amicorum, senectutis fulcrum, ærumnarum lenimen, reipubl. præsidium, ecclesiæ tutelam, cœli incrementum. Quid vero istorum tantam lacrumis materiam suggerit? Meliori nos disciplina imbuti, hodierna die & animis exultamus, & nobis nostrisque parentibus gratulamur; cum singulari authoris naturæ beneficio, nos votorum vestrorum terminum, in senectute & ærumnis anchoram, nos amici commune solatium, illustris familia incrementum, respub. civem & præsidium, gloria & immortalitas clientem, in hoc recens nato filio attigerimus. Præsagit augur animus omnia summa de parvulo; nec infirma spes dicere jubet, fortunatissimam prolem à majorum suorum, vestraque in primis, qua dignitate, qua morum candore, qua virtutum frequentia, qua nominis & honorum sublimitate, neutiquam discessuram. Urent eum arcanæ quæ in majorum cineribus latent faces, quæ etiam tunc cum cogitantur, quasi manu admòverentur, inflammant. Vocabit in sui honoris vestigium Dominus N. vocabit &c. *(Hic laudentur majores)* vocabunt alii; & quem generis nacti sunt, virtutis etiam avitæ hæredem volent nanciscī. Quemadmodum enim non omnis arbor cydoniis malis rubet, nec quilibet fons *Nilum* fundit: ita non exiguum est fortunæ ad virtutes præsidium, illustri venisse origine.

Est præterea quædam ad honestæ vitæ prosecutionem in venis nobilibus lex, quæ magnos spiritus suppeditat, semperque velut igniculis urit, & tanquam admotis calcaribus excitat, nec degenerem esse sinit. Sic hunc parvulum olim *Themistoclem* non unus *Miltiades* in æmulos au-

sus

sus animabit. Interim crescе beate infans, Deo regente & ducente; tenero solidare corpuscu-lo, & crescе in virum fortem. fortium sanguis; hauri ex institutione te digna nobiles spiritus, æmulos indue majoribus mores; avorum paren-tumque imago virtutes repræsentet, meritis in Deum, in patriam, in tuos auctus & dives, ad sublimes conscende dignitates. Denique, non nisi fessus annis & meritis commune mortalita-tis tributum persolve. Dixi.

Quod si aliquis brevius dicere volet, omisso discursu longiori, dicat tantum, gaudendum esse quod proles spei bonæ & sanguinis nata sit; enumeretque ornamenta quæ à parentibus & majoribus recens natus accipit. Denique, ap-precetur infanti fausta omnia & longam salu-tem.

QUÆSTIO II.

Quomodo construitur oratio in qua respondetur à parentibus gratulationi natalitiæ.

Respon-soriæ ad præc.

Primo, solet etiam adhiberi aliquis di scursus per modum accessus. Secundo, gratiæ aguntur pro adfectu & apprecationibus, optaturque ut ea eveniant. Tertio, merita & laudes modice extenuantur. Quarto, petitur continuatio bene-volentiæ inchoatæ. Quinto, gratiæ aguntur illi qui patrem pueri egit in baptismo; optaturque ut puer matureſcat ad ejus & reliquorum hospi-tum obsequia.

Praxis.

Resp. ad natal. grat.

Si quemadmodum in magnis domibus vesti-bula ulteriorem ornatum promittunt, ita natа-lis dies cæterorum dierum velut janua, reliquæ ætatis certissimum foret augurium, fortunatis-simam prolem ex DEI munere recens natam arbi-

arbitrarer, ultroq; parens virtutis ac cœli filium venerarer. Sed ab occasu diem commendare jubemur, cæterum ab ortu inter meridiem & vesperam, spe metuque fluctuare, ne tempestas expectationem eripiat; dedecorant enim (ut Lyricus canit) *bene nata culpæ*; & usitato Græcorum circumfertur proverbio, etiam *Heroum filios plerumque noxas nasci*. Utinam votis N. N. vestris subscribant fata & desideriis, ducatque & animet in majorum vestigia nobilis Genius; fiatque non quidquid calcaverit rosa, sed quid egerit reipubl. gloria, parentum lætitia, amicorum solatium, familiæ ornamentum. Sed vestrum cumprimis N. N. in obsequium adolescat, nobilemque hujus diei benevolentiam, quem secundo natalem lætitiæ feciſtis, multis maturisque officiis compenset. Quam quidem felicitatem quia infans non agnoscit, ego vicaria gratulatione immortales gratias habeo, meque simul neosque æterno favori vestro N. N. consecratos esse unice exopto. Dixi.

De alia natali quam in recursu anni recolimus, non est quod dicamus; eo quod hæc oratio proprie ad gratulatoriam spectet, in eaque nihil fiat, nisi quod gaudii causæ coacerventur, et laude ejus cujus natalis dies est. Denique diuturnæ incolumitatis & prosperitatis apprecatio additur. Sed de his paulò post.

Sententiæ huic materiæ servientes.

Corona senum filii eorum. Prov. 17. v. 6.

Matrimonii flores liberi sunt, quos quidem carnalium pratorum divinus colligit agricola. Clem. Alexandrinus.

Lætitia patris filius sapiens. Menander.

Nihil est tam honorificum pueris, quam bono & honesto parente esse natum. Eurip.

Rapitur

Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque natura. Nazar.

Fortes creantur fortibus & bonis;
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. Horat.

Aurei patres sæpe filios reliquerunt plumbeos. Aratus.

Acetum vini filius. Casaubonus.

Ex ovo albo sæpe nigri pulli prodeunt. Garnerus.

E spinis rosæ prodeunt. Ammianus.

Filii sunt dulcedo amarissima, & fel melle circumlitum. Petracha.

Habes filios? habes & unde vivus doleas, & mortuus agnoscaris; habes in quibus vivas, & in quibus sæpe moriaris. Idem.

Magnum & dulce solatium patri filius, sed sollicitum & grave. Idem.

Magnum depositum habent parentes filios sui. Chrysostom.

Boni vini & boni viri origo non est inquirenda.

Et verbo & facto parvis sit regula natis,
Optima sitque omni tempore norma pater.
Verinus.

Qui non recte instituunt atque edueant liberos, non solum liberis sed & reipubl. faciunt injuriam. Cicero.

Nemo glorietur quod magnæ urbis sit, sed quod sit dignus magna & illustri patria. Arist.

Liberis nihil est charius humano generi. Livius.

Iam non admiror si omnia nos à prima pueritia mala sequuntur, inter execrationes parentum crevimus. Senec. Epist.

Contemptum tibi omnium opto, quorum tibi parentes copiam optaverunt. Idem.

Exem-

Exempla, & alia supellex.

In Sacris literis vocatur filius *Ben*, id est, ut *Bineda*, domus seu palatium parentum. Ben.

Solomon à matre vocabatur filius votorum. Solomon.

In jure filius vocatur persona patris, vox patris, corpus patris. Alii vocant filium animum patris. Filii diverse nuncup.

Nazarius vocat imaginem seu simulachrum patris. *In Paneg. Const. Marcell.*

Votum erat *Carthaginensium*, quo precabantur, ut Romani aut improbi aut malesani nascerentur. Carthagin. votum.

Helias cum esset nasciturus, pater ejus vidit filium ab angelis niveis salutari, & igne tanquam radiis involvi, & flamma ignis tanquam cibo omnium: Hierosolymam ergo profectus, nunciavit sacerdotibus visum, & dictum ei fuit ne timeret, *nasciturum filium qui in luce habitabit, quique & gladio vindicabit Israël.* Doroth. Ep. Tyr. in Synopsi. Helias.

Cum *Esther* nata esset, Philomela in cubiculum involavit, in cuniscque sedens suavissime aliquandiu cecinit. *Salianus.* Esther.

Apud *Iones* statuæ erant quæ prætereuntes salutabant, dicendo, *Salve, responde.* Cum nascimur, nos majores nostri salutant, sed ut respondeamus volunt virtuti eorum, non ore sed more. *Appianus lib.* 8. Statuæ loquent.

Locus sepulturæ *Orphei* producit luscinias excellentes cantu super omnes alias. Sic ubi nascatur interest. *Causin.* Orphei sepultura.

In *Emigildis* Reginæ *Scotiæ* cunis apparuit annulus miræ pulchritudinis & magnitudinis, cum inscriptione, *Mater regum, filia regum, regina regum.* Annal. Angl. Annul.

Zoroa-

Zoroa. *Zoroastres* ridens natus est, in præsagium magnæ indolis. *Iustin.*

Venus. *Venerem* etiam ridentem natam fabulatur Poëtæ.

Curius Dentat. *Curius Dentatus* natus est cum dentibus, & inde nomen traxit. *Livius.*

Fabius. *Fabius Ambustus* dictus erat, quod ipsi adhuc adolescenti fulmen nares ambussisset. Dictus est etiam *pullus Iovis*, quasi dilectus ab eodem. *Volateranus lib.* 14.

Hercul. *Hercules* tener adhuc & lactens angues manu elisit: sic jam infantulus indolem futuri roboris dedit.

Plato. *Plato* cum positus esset in myrteto, examen apum ori ejus insedit.

Stesich. In ore *Stesichori* Poëtæ infantis dicitur lucernia consedisse. *Ælianus.*

Pindar. Eædem in *Pindari* dormientis ore melliferunt: præsagium fuit melliflui sermonis. *Plin. l.* 10.

Semiramis. *Semiramis* infans exposita diu educata est ab avibus: alii dicunt nutritam esse a columba, cujus etiam nomen habet ex Syriaca. *Diod. Sic. l.* 8.

Cajus Marius. In *Caji Marii* pueri sinu repertæ sunt septem aquilæ; quod erat signum sepries eum Consulem futurum. *Sabellicus lib.* 9.

Aurel. *Aurelianum* infantem ortum humili genere aquila ex cunis rapuit, & in propinquam arbor depositi. *Idem.*

Hieron. *Hieronem Syracusanum* expositum apes in silvis aluerunt: fuit is postea Rex Siciliæ. *Iustinus lib.* 9.

Servius. *Servius Tullius* visus est dormiens habere caput ardens, flamma circa tempora serpente. *Valerius Maximus.*

Socrat. de Platone. *Socrates* instituturus *Platonem* puerum, visus est

est sibi cygnum videre è gremio suo egredientem, qui cantu orbem terrarum impleret. *Fulgos. lib. 1. & Laërtius.*

Philippus Macedo visus est sibi per somnium imprimere sigillum in quo erat forma leonis. Natus est ei deinde *Alexander* leoni par magnanimitate. *Fulgos.* Philippus.

Olympias mater *Alexandri* putabat se fulmen gerere in utero. *Sabell. lib. 9.* Olymp.

Cum *Alexander* nascereturduæ aquilæ super palatium sedebant, & una ad Orientem, altera ad Occidentem avolavit. *Plutar.* Aquilæ.

Octavii Cæsaris Augusti mater somniavit sua viscera in sublime ferri, & in totum orbem diffundi: Item se solem peperisse; unde cum natus esset *Octavius*, summum illi Imperium præsagit. *Al. ab Alex. lib. 3.* Mater Octavii.

Cicero somniavit quod *Iupiter* aurea catena *Octavium* cœlo demitteret ad portam *Capitolii*, & postea flagellum illi daret; & revera triumviratus illius fuit flagellum insolentis nobilitatis. Cicero de Octavio.

Rustica quædam in *Britannia* somniavit ex utero suo egressam lunam, quæ totam illustraret *Britanniam*; genuit deinde puellam, quæ peperit *Alestunum* Regem *Britannorum. Fulgos. lib. 1.* Rustica.

Hecuba visa est sibi per quietem facem eniti; natus est ergo *Paris*, qui *Trojæ* exitialis fax fuit. *Sabell.* Hecuba.

Astyages somniavit ex se vitem enatam quæ magnam terrarum partem inumbraret: Nata ei postea filia, quæ mater fuit *Cyri* potentissimi *Persarum Medorumque* Regis. *Idem.* Astyages avus Cyri.

Agarista Xantippi uxor visa est in somniis leonem parere, & peperit *Periclem.* Plutar. Agarista Periclis mat.

Iustus Patricius Romanus somniavit ex se egressam Iustina.

fam purpuram, genuit ergo filiam *Instinam*, quæ in uxorem à *Valentiniano* Imperatore est acceptа. *Fulgos.*

Mos antiquorum circa natalitia.

Infans in terram deposi.

Mos fuit antiquis ut infantes statim in terram deponerent; Terram enim *Deam Opem* esse: ejus igitur implorabant auxilium ut pia alimenta submini-straret infanti. Sedentes autem parentes vota concipiebant, & terram de industria tangebant. *Macrobius.*

Super clypeum.

Solebant etiam puerum natum super clypeum locare: unde *Claudianus* de *Honorio*, *Reptastiper scuta puer.*

Lacedæmonii etiam in clypeos exponebant infantes; forte ut eundem locum nascens puer haberet quem moriturus; nam iidem & super clypeos sepeliebant: Ideo matres *Lacænæ* filiis suis ituris ad bellum clypeos porrigebant, dicendo, *Aut cum hoc, aut in hoc.* Supple, *redi.* Herodotus.

Lacænæ matres.

Infantibus Polypus offertur, & cur.

Infans ortus die quinto circa ædem ferebatur curriculo, & tunc ei mittebantur munera: præsertim autem *Polypi* dat rationem *Lysias*; quia infans veluti Polypus est, talis enim evadit, quales ii sunt cum quibus est assiduo: est autem Polypus piscis, qui ejus rei cui se applicat, colorem induit. *Theatr. vit. human.*

Thraces.

Thraces infantem circumsedebant cum propinquis, & lacrumabantur, narrabantque ei omnia quæ erat passurus: mortuum verò cum lætitia sepeliebant, narrantes sibi, quæ mala evasisset. *Herodotus.*

Apud Romanos Festa dicta Genethlia.

Romani singulis annis recolebant diem natalem, unde festa dicta *Genethlia*; & carmen quod tunc decantabatur, dictum est *Genethliacum.* Hunc diem felicissimum habebant, dona sibi invicem mittebant; sanguine eodem die abstinebant,

bant, ne eum diem quem ipſi accepiſſent, aliis demerent. Munus etiam anniverſario *Genio* ſolvebant. *Roſinus lib.* 2. *Antiq.*

Vulcano non arriſerunt parentes (ſolebant enim pueris arridere) ideo nec *Iupiter* illum eſt menſa dignatus nec cubili. *Varro.* Vulcanus.

Ad *Genitam Manam* ſuſcipiebatur votum, ne quis domi naſceretur probus; & credebantur eum nequiſſimum fore, cui hæc naſcenti adſtitiſſet. *Roſin. ſed enucle: in Quæſt. Plut. Rom.* Genita Mana.

Parcæ colebantur inter natales, ne ſtamen vitæ cito abrumperent, & ut candidi & aurei velleris horas, hoc eſt, ſelices nerent: dictæ ſunt à parcendo, quia nemini parcunt. *Boxhornius.* Parcæ.

Brachmanes edito infante faciebant conſilium, & ex membris judicabant cujus eſſet indolis, & ſi ea placebat, dabatur diſciplinis informandus, ſin minus, occidebatur. *Alex. ab Alexandr. l.* 2. Brachmanes.

Pueri, quamprimum cum lacte transferebantur, conſecrabantur Deabus, *Eduæ*, *Potinæ*, & *Cubæ*; ſcilicet edendi, bibendi, dormiendi. *Varro.* Edua, Potina, Cuba, Dea.

CAPUT IX.

De Orationibus ſalutatoriis & valedictoriis.

IN ſalutatoriis orationibus ſignificare ſolemus lætum nobis & gratum accidiſſe adventum alicujus, precamurque ſimul eidem omnia fauſta, & obſequia noſtra dedicamus. Salutatoriæ orationes.

QUÆSTIO I.

Quomodo conſtruitur oratio ſalutatoria.

Primo, gratulando adventum vel incolumitatem alicui, redditur cauſa lætitiæ & ſalutationis; quæ optima erit ſi deſumetur ex re & occaſione præſenti, ſive ex circumſtantia loci, tem-

temporis, personæ, tam ejus quæ salutatur quam illius quæ salutat Secundo, laudatur is qui salutatur, à familia, virtutibus, meritis, adfectu &c. Tertio, omnia fausta eidem imposterum apprecamur, dedicamus officia nostra, animos, studia, obsequia. Quarto, petimus vel mutuam benevolentiam, vel gratiam, vel protectionem, quisque pro conditione suæ personæ.

Praxis.

Salutatoria. Et incolumem te illustr. Domine, & præsentem intueri, ingens mihi gaudiorum materia est: nam & votis meis cœlum subscripsisse video, & benevolentiam in me tuam supra vota adscendisse adverto. Vehementius miraret certe, in tanta animi tui profusione, nisi scirem eam vobis (magni viri) à virtute impositam necessitatem, ut prodesse debeatis. Et sicut sydera lucem habent ut illustrent, ita vos amorem & gratiam ut communicetis. Sed & inopem se hic eloquentia mea in tuo Mecœnatis mei favore explicando fateri debet: & quia animorum negotium est, adfectibus cedit, ut illi scilicet perennem gratitudinem æterna obsequiorum periphrasi æternum perorent.

Alia praxis.

Salutatoria qua Illust. quæpiã persona, pro stemmate Lunam habens, Colle- Lætitia est, & pronior in te adfectus, perillustris Domine, qui nos ad te expedivit, & studiosæ juventutis universæ animorum de tuo adventu jussit esse interpretes. Circumspice frontes omnium, & colliges neminem esse, cujus plenum gaudiis pectus in vultum non exundet; neminem qui non quam optime cupiat; neminem qui ad jucundos *Maji* dies amœnam sibi de avita tua LUNA affulsisse lucem non affirmet. *Diogenis*, quod meminimus olim, querela fuit, cum

cum illum publicum orbis hospitem & re & nomine *Magnum* incola dolii susciperet, ex Principis adventu tenebras sibi suboriri, & clarioris diei interire amœnitatē. Contrarium experimur hodie; tantam scilicet lucem nobis cum lætitia infundi, ut dejecto vultu, ipsa prope debeat connivere eloquentia. Enimvero si vel generis tui inspicimus claritatem, bonam fidem, quis fulgor! quot homines video, tot heroës numero; quot viros, tot pene senatores; ut recte domus vestra *Equo* conferri possit *Trojano*, de qua semper amplissimi duces, non in orbis excidium, sed in patriæ salutem & ornamentum prodierunt. fatiger enumerando si incipiam, & citius deficiam quam finiam: Vestra hæc laus à multis viget annis, vos domi habere exempla quæ sequamini, non aliena tueri; & nobilem honorum textum semel cœpisse, nunquam interrupisse. Itaque cum fortunam nonnemo gloriabundus in domo sua dixit consedisse, in vestra ego annon verius virtutem dixerim habitare? sibi hospitem esse, apud vos incolam? nisi forte & ideo insigne gentis lunam geritis, quod sicut hæc deficere quidem debet, sed commoda vicissitudine aliam sui vice semper substituit; ita in vestræ prosapiæ cursu cedere quidem debetis aliis, quod naturæ decretum urgeat, alii tamen in locum succedunt; perinde quasi alter alteri lampada traditis, & desinendo semper incipitis. Sat clarum in te documentum videmus, perillustris Domine, qui religionis amore, & sapientiæ studio, & belli gloria, majores tuos produxis, & velut vivum ac celebre tropæum orbi loqueris. Gradere tanquam hæres eorum, virtute & honore, in Ecclesiæ, patriæ, familiæ ornamentum diutissime; hoc vovemus, optamus. Dixi.

gium lustratura excipiebatur quondam.

QUÆSTIO

QUÆSTIO II.

Quomodo construitur oratio responsoria ad salutatoriam.

Responsoriæ ad præced.

Responsurus, Primo, gratum sibi esse adfectum salutantis, & se vicissim lætari tum ob valetudinem ejus, tum ob animi in se propensionem dicet. Secundo, extenuet modeste laudes suas, & salutantem laudet. Tertio, apprecetur ei omnia fausta, & sua studia cum obsequiis offerat, oretque ut perseveret in adfectu erga se.

Praxis.

Praxis.

Ad plurimos salutantes responsoria.

1.

Placet Nobilissimi Domini igneus in pectoribus adfectus. Optime in meam initiati benevolentiam non verba dedistis, sed tela; tela quæ animum inflammant, cor adurant, totum invadunt, & nihil nisi vos, nisi vestri amorem injiciant. Perennet hic ignis in animorum vestrorum templis, & vestri pectoris in me benevolentia, melior quam *Cleliæ Vestalis*, hanc flammam æternis excubiis custodiat. Meliore nos quam *Achillem* mater incendio perfundimus, ut immortalitate imbuamur: Ille inviolabili *Styge* lotus, plantarum tamen improvidus fuit; & quam toto corpore nactus æternitatem habuit, gressu corrupit, ne totus fortassis hominem, adhuc inter homines, excederet; & nostræ felicitati majus reservaretur beneficium, qui amoris mutui flammâ irrigamur & involvimur. Amor autem, non vili fomite succensus, ætatem habet semper, hyemem nescit; semper incipit meridiem, nunquam declinat in vesperum; semper ortus dedidicit occasum. *Asbesti* erimus sic credo, & quæ lapidis gloria est, cordium nostrorum fiet, semel accendi, semper ardere.

Praxis

Praxis Altera.

Concordem singulorum adfectum, quem veluti omnium lingua Orator liberalissimè explicuit, gratissime suscipio; & quia animus non nisi animo dignè æstimatur, meum rependo. Quot verba audivi, tot amoris monumenta accepi; quem in ea ingeniorum ac nationum diversitate reperire, ega me immeritum, & volentem adhuc mereri, vehementissime gaudeo. Præcox gratitudinis vestræ natura est, gratos fieri ante munera, & ut gratissimi sitis, gratiis beneficia præcurrere: nisi forte quod in magnis solet esse satis, apud vos magnæ mentis possessores voluisse facere, feciisse sit. Si tamen in tam casto amore peccari potest, nimium ego in laudes meas vos exundaviisse accuso: quas in me haud reperiri ut ego dissimulem, rubor ingenuus cordis interpres confitebitur. Sed qualis esse deberem non quis sim edocuistis; & amor vester, ut me venustiorem haberet, fecit. Nihil tamen non placet in amore, sapiunt errores, & peccata prope virtutes fiunt. Agite, mutuos colligemus amores, non *Gordio* nodo, quem *Macedo* quispiam diffindat; sed *Adamante* æterno, quem nec morti nec tempori violandum relinquamus. Dixi. Praxis. 2.

QUÆSTIO III.

Quomodo construitur oratio valedictoria.

In tribus præsertim occasionibus utimur valedictoria oratione. Primo, quando amici amicis per se vel per alios valedicunt. Secundo, quando filii parentibus valedicunt, discessuri vel in exteras nationes, vel ad bellum, vel ad aulam. Tertio, quando famuli à dominis abeunt. Valedictoria.

In

In ejuſmodi itaque oratiuncula fabricanda, hæc puncta expimi debent : Primo, dolor de abitu ſuo explicetur, & reddatur cauſa quare invitus disjungatur. Secundo, exponatur neceſſitas diſcedendi, & cauſæ dentur quæ eandem urgeant. Tertio, gratiæ habeantur pro beneficiis, & eorum laus inſtituatur. Quarto, venia abeundi poſtuletur, & ſui memoria ; (filius autem petat paternam benedictionem.) Quinto, offerat ſe cum obſequiis ſuis, quod memor velit manere beneficiorum, gratuſque vivere pro iiſdem. Denique precetur ut ſalvum & incolumem rurſus redire liceat.

Praxis valedictor.

Praxis,
Valedictoria ad Amicum.

Ignoſces amicorum optime, ſi crudelior in utriuſque noſtrum amicitiam eſſe debeo. Non meæ poteſtatis negotium eſt, ſed eorum, quibus in me fortuna & nondum matura ætas arbitrium conceſſit, imperium ; ut relicta paulliſper patria, alienas per terras *Vlyſſis* colligam veſtigia. Durum fateor eſt à patria abire ; durius ab eo avelli amico, cujus conſpectu frui & colloquiis, nihil ferè in vita dulcius fuit. Sed parendum majoribus eſt, qui fatorum nobis tabulas prælegunt : eris mihi amicus etiam in abſentia præſens, & cum oculis te non potero, animo circumferam ; in quo altius te mihi tua beneficiorum argumenta impreſſerunt, quam ut tempore poſſis aut reminiſcentis animi inſidiis obliterari. Alia in terra vivam, alio ſub ſole, ſed non alius ; ſemper idem, ſemper tuus ero ; hoc in votis laturus perpetuo, ut ſicut nunc ſalvos & triſtes ſeparari contingit, ita poſtliminio incolumes & hilares convenire eveniat.

QUÆSTIO IV.

Quomodo constituitur oratio responsoria ad valedictoriam.

Respondeo, Primo, explicet causas doloris concepti propter abitum; si tamen id valedicentis persona & dignitas patiatur. Secundo, precetur felix iter & felicia omnia; & si de aliquo monendus erit discessurus, moneat. Tertio, polliceatur se ejus memorem fore, petatque vel imperet mutuam sui memoriam, præsertim autem ut communicatione literarum subinde sibi loquatur. Respons. ad præced.

Praxis.

Responsoria ad præced.

Amicum in oculis ferre non posse, grande pectoris amici vulnus est; & dimidio animæ suæ privari, quidni doloris ingens materies? Abis à me inter amicos optime, & quomodo animum tristitia non vulneres? I tamen felix, siquidem hæc majorum tuorum voluntas, cui repugnari velle, læsi Numinis foret piaculum. Sit tecum fortuna & virtus tua individuo passu; eat amor noster, & jam orbem in benevolentiæ campum nactus, quo fuerit remotior, hoc fiat affior. Praxis respons.

Ostendes non dubito, amice, cœlum non animum ab iis mutari qui trans mare currunt; & levem illorum damnabis amicitiam, qui simul ex oculis ubi evaserunt, etiam ex animis evolant. Hærebis, mihi crede, infixus pectori, impressus animo, & vitam prius quam tui memoriam amisero. Illud unicum te meminisse rogo, *Amyclas silentio periisse*: quapropter ne simili ruina noster amor pessum eat, dulcibus litteris & absente colloquio eum nutrire cave obliviscaris.

Sententiæ his materiis servientes.

Lætitia loquax res est & ostentatrix sui. Symmachus.

Bona valetudo maxime divinum longeque blandissimum est condimentum. Plutarch.

Nihil tam difficile est quam differre gaudia. Item, *Spem gaudia parant.* Quintil.

Amicos incolumes cogitare & intueri, melle frui est. Seneca.

Sequenti gaudio confert dulcedinem præmissa tristitia. Cassiodorus.

Hospites à Iove sunt omnes. Homerus.

Iupiter est honorator supplicantium & hospitum: est hospitalis qui hospites venerabiles simul comitatur. Idem.

Qui favoris gloriam veri petit, animo laudari magis quam voce volet. Seneca.

Diis thura, hominibus probis laudes debentur. Socrat.

Exempla, & alia supellex.

Roman. Mos fuit apud *Romanos*, ut matutina salutatio absolveretur verbo, *Ave*; vespertina autem verbo, *Salve*. *Al. ab Alex.*

Nomenclatores. Ad affabilem salutationem multum pertinebat suo quemque nomine salutare: unde *Romani* secum habebant nomenclatores qui civium nomina suggerebant. *Idem l. 2. c. 19.*

Græci. Apud *Græcos* verò mos tenuit, non proprio sed officii nomine salutare: eos tamen qui præcipua dignitate imminebant, proprio nomine salutabant. *Ibidem.*

Modus salutandi Deos. Dii salutari debebant capite tecto, præter *Saturnum*: Et Imperatores aliqui, ut *Caligula* & *Diocletianus*, qui divinos honores affectabant, aperto capite salutari volebant. *Salutabant*

batur etiam Dii dextræ oſculo, & corporis circumactione; Suetonius. Quod & imperatoribus aliquibus factum fuiſſe ab adulatoribus teſtatur hiſtoricus. Salutando tangebant

Fiebant etiam ſalutationes apprehenſione manuum; genua etiam oſculabantur, & frontem tangebant: eo quod genua ſacra ſint clementiæ, frons autem ſinceritati & Majeſtati. *Alex. ab Alexan.* Manus, genu, frontem.

Romani milites ex more patrio victrices Imperatorum manus oſculabantur. *Idem l. 2.* Oſculum manus.

Non ſolum cives *Romani* ingredientes Imperatores poſt bellum acclamationibus ſalutabant, ſed & aves edocebant, ut hæc duo verba, *Salve Imperator*, diſtincte poſſent pronunciare. *Pontanus.* Aves ſalutantes.

Apud *Hebræos* & alias gentes viguit mos, ut reges magnis urbem intrantibus cives obviam prodirent cum lampadibus ardentibus. *Suetonius.* Hebræi.

Duci *Holaſerni* omnes *Lybiæ & Meſopotamiæ* populi cum ramis olivarum & lampadibus obviam proceſſerunt. *Judith. c. 3.* Holofernes.

Magnum Pompejum cum triumpho *Neapolim* ingredientem cives ornati ſertis cum lampadibus exceperunt. *Plutar.* Pompejus.

Idem *Pompejus* ex morbo recreatus, cum Idem. *Neapoli* veniſſet, tota fere urbs cum liberis ei obviam proceſſit, floreſque ſparſit.

Mos fuit, ut in adventu principum virorum, odores ſemper odores accenderentur. *Athenæus.* Odores.

Antonius Triumvir cum arcem *Athenarum* ingrederetur, ſalutatus eſt lampadibus ac undique tectis fulgentibus. *Idem.* Antonius.

Cum *Plato* ad *Olympia* ſemel deſcendiſſet, omnes Plato.

nes *Græci* ad eum concurrerunt, relictis ludis; illumque velut Numen divinum venerati sunt. *Laert. l. 3.*

Zeno. Hanc habuit authoritatem *Zeno* Philosophus, ob probitatem morum apud *Athenienses*, ut dum *Athenis* moraretur hospes, civis apud eum claves urbium deponerent. *Idem.*

Plato. *Platoni Syracusas* venienti *Dionysius* tyrannus navim laureatam obviam misit: è navi autem exscendentem quadrigis excepit, & ipsemet ejus aurigam egit. Summam *Platonis* sapientiam hoc cultu æstimans. *Idem.*

Cæsar. *Julius Cæsar* cum ab aliquo salutaretur, scintillas ex oculis projiciebat, gaudens se salutari. *Justinus.*

Alex. M. *Alexander Magnus* à nemine volebat salutari, sed ab omnibus adorari. *Idem.*

Scipio. *Scipio Africanus* id sibi nomen comparaverat, ut prædones etiam ad eum salutandum venirent, felicesque se judicabant quod eum videre licuerit; manus ejus victrices deosculabantur, & dona diis offerri solita in vestibulo ejus deponebant. *V. Max. lib. 2.*

Livius. A *Gadibus* usque *Romam* aliqui venerunt, ut *Livium Romanæ* Historiæ Scriptorem viderent & salutarent: Putabant enim ex *Livii* aspectu melius se veterem *Romanorum* frugalitatem, fidem, sinceritatemque comprehensuros, quam ex statuis & ædificiorum magnitudine. *Fulgos. l. 2.*

Ismenias. *Ismenias* legatus *Thebanus* ad *Persas*, nec regem salutans adoraret, annulum suum volens dejecit, & eum suscepturus se inflexit. *Plut.* Applica, dicendo te non coacte nec ficte facere, &c.

Sfortia. *Franciscus Sforcia* Dux *Mediolanensis*, cum inter hostes aperto capite esset productus, tanta majestate

majestate eos perculit, ut confestim ex ejus conspectu humi procumberent, eumque genu flexi adorarent. *Fulgos. l. 2.*

Ammon statuam in *Ægypto* fabricavit super montis culmine, quæ intus instrumenta musica habuit eo artificio composita, ut quotidie sol oriens, cùm per ejus statuæ os radios immitteret, instrumentaque attingeret, statim elegans melodia audiretur exire de statua, qua & sol oriens salutabatur semper, & prope habitantes de præsentia solis exhilarabantur. *Strabo.* Ammonis statua melodiam reddens ad ortum solis.

CAPUT X.

De orationibus gratulatoriis.

GRatulari est gaudium testificari quod concipitur ex felicitate amici aut cujuscunque personæ. Gratulamur verò felices eventus, depulsa pericula, honores obtentos ac dignitates, comparatam victoriam, &c.

QUÆSTIO I.

Quomodo construitur oratio gratulatoria.

Primo, mentio fit felicitatis quæ illi contigit; & quis hominum inde sensus, quæ lætitia explicatur. Secundò, laudatur is cui gratulatio fit, à majoribus, & meritis, ac factis & dictis, & à modo quo ad eum rerum successus pervenit. Quod si victoriam v. g. gratularis, exaggeras ejus magnitudinem, celebritatem, militiam, fortitudinem, item clementiam, utilitatem, perennitatem facti, expectationem aliorum, & præsertim adjuncta illa, *Quis*, *quid*, &c. per comparationes & consequentia. Quod verò honorem gratularis, exaggeras ejusdem honoris amplitudinem etiam ab adjunctis & consequentibus. Tertio, excitamus eum cui Gratulatoria.

gratulamur, ad gaudium super hoc suo eventu. Quarto, optamus ut imposterum feliciter illi eveniant omnia ad publicum bonum, & patriæ gloriam.

Praxis.

Gratulatoria festorum Pentecostes ad multos.

Gratulatoria festorum. Beatissimus ignis, quo melior Christiani orbis portio, hoc triduo succensa incaluit, eccujus glaciale etiam pectus feliciter non resolvit? Et siquidem amoris est colliquescere, eccujus in vota animum scintillare non fecit? cor enatare in desideria? Nimirum pudor est in eloquentia sterilem esse, post tam uberem cœlestium linguarum pluviam: quando ab eloquente cœlo *Verbum* prius *quod Caro factum est*, & modo pro nobili *Verbo* ut simus disserti, linguas accipimus. Et potuerit olim felix *Cadmus* ex projecta temere dentium semente, armatam videre gigantum messem in sui ipsius perniciem mutuo certamine ruentium? non poterit nobilissimus divini cordis *Tullius* de proseminatis ex consilio linguis enatos oratores intueri, qui pulcherrimo conflictu miserime crudeles, in mutuæ salutis commoda depugnent? Certe, si vera promenti apud ingenuos fides est, meliore supra *Catullum* voto, potiore supra *Nasonem* metamorphosi, totus lingua fieri exopto, ut integram vobis valetudinem totus gratuler; vel ut nobilius voveam, totus verbum esse amaverim, ut animi in vos mei propensionem, perpetua factorum elocutione enuntiem; aut denique, quod ego & vos mavultis, totus cor fieri, totus cor vivere desidero, ut nihil nisi non amare nesciam. Eritis & vos, sic credo, linguæ, eritis verba pectoris mei, eritis corda, & in reciproco amoris duello invicti, vinci vos æternum non patiemini.

Praxis

Praxis altera
gratulatoria dignitatis.

Inter oborta dignitatis tuæ gaudia tibine honorem, an te honori gratulemur, adhuc apud nos in ambiguis est N. Scimus honorem diuturna ambitione talem desideravisse, qualem te indoles tua & virtus pridem fecit; virum sua fortuna dignum, & huic muneri natum. Sed & hoc ignorare non possumus, te ad illud dignitatis subsellium adscendere, quod avitæ majorum tuorum virtuti veluti hæreditarium præmium est; in quo sustinendo à multis propè ætatibus ex vestra stirpe alterna fatigatione *Atlanti Hercules* succedit. Redit, crede, nobis, hodierna die in animum N. Divus avus tuus, cujus in eodem munere prudentia, hæc rectè factorum apud nos vestigia impressit, quæ nulla temporum oblivione possunt eradi. Redit & divus Parens, ejusque simul & eloquens lingua, & strenua manus, & beneficiorum in nos omnes, ac inprimis in patriam amplitudo. Redit N. & Frater tuus, qui paulo ante hoc solium bene gestis implevit, quod nunc inscendisti; & si ideo cessit ut tu succederes, fas est ut dolorem lætitia commutemus. Sed quid multa? melius tu moribus omnes referes, quam nos oratione; siquidem nobile majorum compendium, & viva tuorum historia nobis relictus es, ut quod sparsim fecerunt omnes, tu unus feceris. Facies, non dubitamus, & ituro in posteritatem exemplo ostendes, non ab honore magnates, sed à magnatibus honorem exornari: Hoc læto animorum plausu hodie vovere non possumus, sed à tua virtute jussi, sperare & audemus & debemus.

Gratulatio dignitatis.

Praxis tertia. Gratulatoria professoris ad discipulos.

Gratulatio profess. ad discip.

Nunc demum & ipse clarissime intelligo, quam difficile sit amori & lætitiæ verba reperire. N. Invictus enim uterque *Hercules*, ubi cor & animum possederunt, columnas eloquentiæ figunt, & solenne roboris sui epitaphium, *Non plus ultra*, audacter objiciunt. Omnem excedunt loquendi potestatem magnitudine, & arbitrantur exiguum omne quidquid sermone potest terminari. Benignius tamen nobiscum egit parens natura, quando vultum pectoris oratorem esse voluit, & in verborum deliquio ipsum eloquens fieri silentium. Unde videre vestrum hic audite sit, & mei magnitudinem gaudii de vestra valetudine, si cognoscere desideratis, per geminas animi fenestras, oculos & frontem, feliciores *Momi* cor inspicite. Quid enimvero amicus in salvo amici adventu omnem prompserit lætitiam? Vos dulcissimum amicitiæ nomen amore in me vestro supergressi, prope ad ætatis meæ injuriam, velut filii parentem diligitis. Ut vel inde colligere liceat, velociorem amoris cursum esse quam ætatis; & alios vitæ, alios virtutis annos computari. Utinam vero quod vestrum plerisque in votis est, hoc in felici eventu videamus! Utinam (parcite ambitiosius dicenti) æmula *Iovis* felicitate, de meo cerebro velut totidem armatæ *Pallades*, in orbis decus prodeatis & ornamentum! Sed labore hic opus & obstetrice iuduſtria, ut mihi laudis vectigal non pereat, vobis desiderium.

Aderunt boni Superi sine dubio, aderit is qui triumphat omnia Jesus, ut abjecto tristitiæ & inertiæ sepulchro, in omnis diligentiæ vitam

conatus

conatus erexerimus; & pia modo non defuerit voluntas, ab hac sudoris nocte, à prudentiæ aurora, in perennem lætitiæ & solatii proficiemus meridiem.

QUÆSTIO II.

Quomodo constituitur oratio responsoria ad gratulatoriam.

Primo, explicet lætitiam responsurus; quam ex gratulantis adfectu percepit, collaudetque ejus in se studium. Secundo, extenuet modeste suas laudes: & si dignitatem consequutus sit, dicat se alteri potius aptiori & digniori eam optasse, cui ipse tum ob amplitudinem tum ob oneris magnitudinem non sufficiat. Tertio, gratias agat pro adfectu, & sua studia gratulantibus offerat. Respon. ad præced.

Praxis.

Responsoria ad gratulationes multorum.

Et non ingens mihi lætitiæ cumulus ad orbis commune gaudium accesserit, quando temporis & scenæ studiosos in pulcherrimum amoris certamen descendisse video N? Ecce amoris feriæ sunt, & mutuæ gratulationis solennia: & in occasionem, & humanitatis legem peccatum putavisletis, nisi tot torrentibus favoris in me vestri, adfectus studia non ornate minus, quam alter altero copiosius effundere contenderetis. O placidam litem, quia concordiæ! ô dulce bellum, quia pacis! Et quidni singuli victores amicum animum meum, tot jam beneficiis victum, tot jam nominibus vestrum, rursus & iterum universi in prædam & triumphum accipitis? accipite, possidete, triumphate, sed vestri prius victorem, Praxis responsoria.

possessorem, triumphatorem. Certe fortunam meam venerari debeo, certe virtutem vestram agnoscere, qua jam effectum video, ut magis in singulorum animis & cordibus, quam in hoc doctrinæ pulpito me consedisse intelligam; magis adfectibus provehi vestris quam meis passibus. Sicut animorum principi sceptra porrexistis, & in tanta cordium classe ad clavum sedeo. Agnosco, generosa pubes, agnosco nobiles animos, & beneficiorum, licet adhuc tenuium, non steriles sinus; de quibus nobilem fructum & regiam messem, amorem & gratitudinem, ecce maturè colligo.

Pendebis revera ante pectoris horreum pretiosus laboris mei manipulus, pendebis æternum memoriæ monile; & siquidem te mihi gemmam imprimis, æterno tui testimonio cor meum consignabis. Dixi.

Praxis altera.

Responsoria ad gratulatoriam dignitatis.

Praxis altera respons.

Ab amici honore in æmulationem non accendi, hæc demum veriſſima amicitiæ tessera est; & ambitione magnarum mentium furia securos vivere, non homines ostendit, sed Heroës N. Optassem ego hoc honore mactatus, ita me veritas, ut Sereniſſimi nostri &c. & omnium vestrûm favor, in alterius potius humeros hanc dignitatem devolviſſet; qui & consilio & manu melius omnium expectationi respondisset & votis. Sed quia fatorum voluntas me hac felicitate damnavit, mei erit laboris negotium accurare, ut Sereniſſimum & vos beneficii non pœniteat. Illud tamen animum erigit, & non exiguam lætitiæ materiem sufficit, quod, de vobis bene merendi campum nactus, obsequia & studia in vestri commodum con-

convertere possim, & in honore publico, publicus omnium vivere servus. Quod ubi pro virili enitar, gratia & amor vester, sic credo, mihi nunquam defuerit. Dixi.

Sententiæ.

Pro gratulatione dignitatis.

Honor fugientes sequitur, sequentes fugit. P. Syrus.

Virtutis umbra honor etiam invitos comitatur. Senec.

Gloria mater annorum. Bion.

Ipse honos laborem leviorem facit. African.

Magistratus virum ostendit. Bias.

Virtutis uberrimum est alimentum honos. Valer. Max.

Virtuti laus debetur. Arist.

Gloria virtutis pedissequa est. Tacitus.

Ab hominibus iis honor debetur quos honore Deus dignatus est. Cædrenus.

Solis bonis honor debetur. Arist.

Honor malis exhibitus, in eorum commutatur ruinam. Gregor.

Honorem non debet sequi virtus, sed ipse virtutem. August.

Deficitur cum elevatur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. Gregor.

Qua in civitate non magnus honos virtuti tribuitur, in ea optimus civitatis status stabilis & firmus esse non potest. Arist.

Nulla voluptas humana ad divinam accedit propius, quam ea delectatio quæ ex honoribus percipitur. Xenophon.

Melius est civitatem regi à viro optimo quàm à lege optima. Arist.

Magistratus est lex loquens. Cicero.

Magi-

Magistratus est medicus civitatis. Thucydid.

Præfectum rebus publicis stantem mori oportet. Dion.

Velut thus non hominibus sed Diis competit, ita laus non indignis sed bonis tribuenda. Stobæus.

Magnæ virtutis est cum felicitate luctari. Augustin.

Vita brevis est, gloriæ cursus sempiternus est. Cicero.

Fax mentis honestæ gloria. Silius.

Eximiam virtutem sponte sequitur suum decus. Plutar.

Glorioſis magis placent præconia quam tributa. Cassiodor.

Quid est dignitas in indigno? ornamentum in luto. Saresb.

Quidam honores fugiunt, ut honoribus obvient; sæpe enim gloria ut acquiratur contemnitur, & munus ut obtineatur, relinquitur. Hugo.

Magni animi fiunt magnis honoribus. Livius.

Pecunia ex quo in honore esse cæpit, vetus rerum honor cecidit. Senec.

Nullus in fortium regum pectoribus aculeus laudis & gloriæ cupiditate acrior est. Guicciard.

Homicidii genus est famam hominis impetere. Idem.

Famæ unicus sapientum thesaurus est, purissima vitæ gemma. Lipsius.

Nec flamma sine fumo, nec sine calumnia fama solet surgere. Idem.

Sola dulcedo gloriæ non senescit. Thucydid.

Sat ero dives si bonam famam mihi servasso. Plaut.

Fructus honos oneris, fructus honoris onus.

Aliæ pro gratulatione victoriæ.

Omnis victoriæ fructus in eo consistit, si ea bene & recte utaris. Reisnerus.

Recte

Recte victoria uti clarius est quam vincere. Plutar.

Victoria semper est insolens. Cicer.

Non ita armis quàm pietate paratur victoria. Agath.

Victoriam semel partam prudens conservabit princeps, & securitatem, frequentissimum calamitatis initium, vitaverit. Reisnerus.

Vera est victoria quæ salva fide & integra dignitate paratur. Florus.

Si vis vincere, clementer age. Fl. Vopiscus.

Vincere seipsum omnium victoriarum prima est & optima. Plato.

Liberales & humanos esse erga inferiores, præclarum est ducibus viaticum ad victorias, ad triumphos. Gorgias.

Ratio & consilium sunt propria ducis artes. Tacit.

Quemadmodum egregium est hostem dejicere, ita non minus laudabile infelicium misereri. Idem.

Solet Deus his qui justa & necessaria arma induunt, & belli causa præstant, certam vincendi occasionem proponere. Paul. Jov.

Exempla.

Et alia supellex pro gratulatione dignitatis.

Templum Honoris.

Apud *Romanos* templum Honoris penes templum Virtutis erat, nec potuit templum honoris intrari, quin prius Virtutis penetraretur. *Al. ab Alex.*

Statua Honoris.

In civitate *Peloponei* fuit templum Honoris, in quo statua ejusdem præferebat manu finistra orbem ex sapphiro, plenum coronis regiis, sceptris, clavis, & aliis dignitatum insignibus: dextra verò statuam Virtutis Chrystallinam gestabat, aureo torque colligatam; à quo hæ literæ auro fusæ dependebant, TIBI

UNI ET SOLI: (*supple*, *miliæ honor.*)

Princeps & subditi. *Timon* Philosophus interrogatus, quid interesset inter principem & populum; respondit, *Quod inter unum & omnia*; omnes enim subditi principem unum spectant, unus autem princeps omnibus mores & leges præscribit. *Frisius.*

Arcadii. *Arcadii* in regum thronis posuere fortunam auream, quæ dextra diadema regium cum sole, sinistra sphæram orbis cum lilio tenebat. *Cardanus.* Significare volebant, eum qui in dignitate esset, debere ut solem lucere, ut aurum Rempubl. ditare, ut lilium bonis moribus bonos odores spargere.

Pyrrhus aquila. Cum *Pyrrhum* ob præclara gesta milites *Aquilam* vocarent: *per vos*, inquit, *aquila sum, qui vestris armis velut pennis sublevor.* Plutar.

Arist. de dignit. *Aristoteles* præcipuam dicebat esse dignitatem, non fungi honoribus, sed ab aliis honore dignum judicari. *Stobæus.*

Alphonsus. *Alphonsus Arragonum* Rex dicebat, *bos qui aliis præsunt, tanto privatis hominibus meliores esse debere, quanto honoribus alios præcellerent.* Panormitanus.

Idem Rex dicere solebat; *Bonus est princeps qui subditos suos habet in capite; melior, qui in corde; pessimus, qui in ventre.* Idem.

Episcopis oblatum quid. Episcopis suis quædam nationes ingressum gratulantes, ex aureis literis componebant & offerebant illas duas voces, *Bonus Pastor.* Aliis flores aureos: *Ambrosio* suo *Mediolanenses* aciculam & stellam auream. *Epitom.*

Cives gratulantes regi. Cum regi cuidam recens coronato *Angliæ* cives gratularentur, offerebant ei, Primo, aureum lilium & gladium, cum lemmate; *Et pace & cæde Tui.* Secundo, offerebant lances aureas, cum lemmate; *Tu unus plus omnibus vales,*

vales. Tertio, claves aureas, cum lemmate; *Tecum & intrare & exire & manere parati.* Quarto, offerebant ei filios suos & pueros, acclamando; *Et patrum & filiorum & nepotum rex ipse.* Quinto, faciebant sertum ex tot floscúlis quot urbes erant in *Anglia*, & coronantes regem, clamabant; *Regno coronaris, Vive.* Genebr.

Carolus V. cum ad aliquam veniret civitatem, de triplici P quærebat quale esset, hoc est, qualis esset Parochus, Præceptor, Prætor. Putabat enim omnia salva esse, si hi qui emi-nerent sancti & boni essent. Nam mobile semper mutatur cum principe vulgus. *Annales Franc.* Carolus V.

Ægyptii inter gratulandum porrigebant principi sceptrum, quod in imo habuit caput Hippopotami, quod animal ferum est & immite; in summo autem, Ciconiæ caput, avis benignissimæ; ut innuerent Principem debere esse ferum malis, benignum bonis. *Pierius.* Ægyptii.

Apud *Ægyptios* eosdem hic mos fuit antiquitus Principem eligendi, eique honorem gratulandi. In aperto campo, ubi coronandus erat Princeps, quærebatur ex eo, essetne pius? Et ille tunc manus in cœlum tendebat. Secundo, quærebatur, Estne justus? & tunc ille frameam eductam cervici propriæ applicabat. Tertio, quærebatur, Estne liberalis? Et tunc ille aurum argentumque in vulgus spargebat. Quarto, Estne laboriosus? Et tunc stivam à rustico oblatam ad aulam instar arantis deferebat. Ad aulam vero appropinquanti occurrebant juvenes cum ornamentis & insignibus regiis. Post ingressum autem illius in aulam, prodibant centum juvenes cum cultris argenteis, & prospectante Rege è palatio, in cultros irrue- Mos eligendi principem. Pius. Justus. Liberalis. Laboriosus. Centum juvenes.

irruebant, dicendo, MORIMUR UT VIVAS.

Agathocles. De *Agathocle*, qui ex figulo Rex erat factus, refertur, quod singulis annis suis senatoribus gratulantibus sibi, ollulas à se factas distribuerit, in quibus hæc inscriptio fuit; *Vilis labor honor Regum.*

Indi. Apud *Indos* veteres, pridie coronationis juventus in campum effusa, expeditis jaculis nummum in sublime projectum ita configebat ut tota die non decideret: Postridie verò totum nummisma confossum gratulabunda offerebat Regi, dicendo, *Forma Rempubl. sicut pecunia.* Porrò, Regum *Indiæ* munus erat, monetam cudere, in qua hæc inscriptio fuit; *Regis opus, Regis munus.* Ericius.

Mos Græcorum. Apud *Græcos* olim mos fuit, ut princeps electus, adhuc ante coronationem, per provincias & urbes imaginem suam mitteret; quam cum summa reverentia suscipientes ubique exponebant, & dulci cantu atq; acclamationibus adgratulabantur, dicendo; *Vivat Rex!* Sydonius.

Macedones. *Macedones* ultimo regi suo *Perseo* gratulantes, auream fortunæ statuam obtulerunt, dicendo; *Dent superi vitam, nos fortunam.* Politianus in Miscellan.

Bactriani. *Bactriani* anniversarium Regi suo gratulantes natalem, cupressum mortalitatis signum succendebant; cedros verò & myrtos immortalitatis symbola radiis solaribus exponebant, clamando; *Pluant vitales Regibus ignes.* Epit.

Alphonsus. *Alphonso* Regi *Castellæ* cum gratulabundus populus acclamaret juxta morem, *Vivat Rex*; ipse ad vices singulas respondebat, *Vivat Lex, vivat Grex.* Vivit lex per attentam sedulitatem; vivit grex per providentiam regis. *Baden. in Symb.*

Vladis-

Vladislaus Vngariæ & Bohemiæ Rex in symbolo habuit obeliscum, in cujus fastigio corona aurea erat posita, ad quam homo alatus enitebatur: lemma, *Vel sic enitar.* Tipotius. Regis Boh. symbolum.

Edvardus Marchio habuit in symbolo laurum juxta amnem profluentem; desuper vero in nubibus solem, à cujus radiis laurus urebatur; cum lemmate, *Non aliter.* Significatur neminem posse laurum mereri, nisi virtute solis illustris sit, & æstum fatigationis sustineat. Edvardi symbolum.

Ægyptii hominem in magistratu collocatum sic exprimebant; Senem, in cujus dextra sol, in sinistra horologium. Hinc *Cælius Rodig:* inquit, *Sol horologium, ad quod se tota vita dirigat; esto ille exemplo & moribus prælucens.* Rodigin. lib. 5. Ægyptii senatoris figura.

Romani ante magistratum faces ardentes præferebant, ut innuerent, magistratum virtute debere prælucere. *Rosinus.* Romani.

Iohannes Rex primus *Angliæ* ut virtutem exprimeret quæ omnibus præluxit, montem Ætnæum pinxit eructantem flammas, cum lemmate; PRÆLUCEMUS. *Tipoc.* Iohannes rex Angl.

Alphonsus Rex *Arragonum* in symbolo habuit flumen ardens, cum lemmate; *Aliis servio, mihi consumor.* Binet. Alphonsus.

Ludovicus XI. Rex *Galliæ* habuit in symbolo Pelicanum revocantem ad vitam sanguine proprio pullos emortuos: lemma, *Sanguis meus estis, vivite.* Annales Franc. Rex Ludovicus XI.

Ambrosius Pigapheta in coronatione *Vrbani* V. cautem instruxit qui occurreret Pontifici, & se pedibus ejus supponens, ululatum ederet per syllabam *V* vel *ur*: Tunc dixit *Pigapheta*, *Vive Pontifex, te Pontifice canes in oves convertentur*; *eumque nomen, si non exprimendo, certe inchoando celebrare conabuntur,* Platina. Urbanus V. Pont.

Ad *Honorii Cæsaris* inaugurationem, in cœlis melo- Honorius.

melodia audita est; visæque stellæ motu quodam veluti saltu commoveri. *Claudianus.*

Exempla, & alia supellex pro gratulatione victoriæ.

Epaminondas. *Epaminondas*, conspecto ingenti exercitu qui duce carebat bono, *O quam magna*, inquit, *bellua, sed sine capite!* Stobæus.

Pausanias. *Pausanias*, quærenti cuidam quomodo de *Thracibus* victoria comparari posset; *Si*, inquit, *qui vir optimus est in belli ducem eligatur.* Plutar.

Agesilaus. *Agesilaus* quæsitus quid ducem belli præcipue exornaret; respondit, *Adversus hostes audacia, & in oblata opportunitate ratio & consilium.* Stob.

Numantini. *Numantini* à *Scipione* in fugam versi, cum castigarentur à suis quod toties victos fugissent; respondit quidam, *Pecus equidem nunc etiam idem est, sed mutatus est pastor.* Innuens æque fortem nunc esse exercitum, sed ducem debilem. *Brissonius.*

Alphonsus. *Alphonsus Arragoniæ* Rex non tam quod hostes vinceret gloriari solebat, quam quod didicisset victis consulere. Illud enim fortunæ munus esse, hoc verò semper suum. *Panormit. lib. 2.*

Iulius Cæsar. *Iulius Cæsar* à *Pompejo* acie quadam victus, cum victor hostes non prosequeretur; *Hodie*, inquit, *penes hostes erat victoria, sed non habent ducem qui victoria sciat uti.* Plutar.

Fridericus. *Fridericus* Imperator debellatis in *Hungaria* hostibus, dixit ad suos; *Magnum opus actum est, milites; nunc autem majus restat, ut scilicet vincamus nosmetipsos, atque avaritiæ & ulciscendi cupiditati frænos imponamus.* Æneas Sylvius.

Alexander suadenti *Parmenioni* ut noctu *Darium* invaderet; respondit, *Malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat.* Et, *nolo victoriam furari.* Curt.

I. Cæsar, devictis hostibus hoc sibi scripsit encomium; VENI, VIDI, VICI. Et *Carolus* Imperator dixit, VENI, VIDI, VICIT AUTEM CHRISTUS. *Phil. Camer.* Cæsar Carolus.

Timolion Corinthius cum in templo *Delphico* *Apollinem* de victoria consuleret, corona quæ inter donaria pendebat, in caput illius tam apte incidit, ac si manu imponeretur; quod omen victoriæ fuit. *Fulgos. lib. 1.* Timol.

I. Cæsar cum in *Africam* exscendens corruisset, omen in melius vertens; exclamavit, *Teneo te Africa.* Sabell. lib. 9. Cæsar.

Alexander Magnus cum obsideret *Tyrum*, videbatur sibi videre *Herculem* à *Tyriis* maxime cultum, qui sibi è muro manum porrigebat. Unde omen victoriæ cepit, & vicit. *Idem.* Alex. Magn.

Primo bello adversus *Marium Sylla* vidit à *Bellade* sibi fulgur dari, monerique ut eo telo hostes peteret; *Marium* igitur igne & ferro patria expulit. Idem deinde contra *Marii* filium pugnaturus, vidit *Marium* patrem monere filium, ne postridie cum *Sylla* confligeret, eo quod illa dies sibi infausta fuisset. *Fulgos.* Syllæ

Iudas Macabæus antequam confligeret cum *Nicanore* Regis *Syriæ* duce, vidit in somniis *Oniam* pro se orare, & quod *Ieremias* Propheta gladium sibi aureum contra hostes porrigeret. *Fulgos.* Iudas Macabæus.

Apud *Celtiberos* aquæ scyphus ante ducem belli portabatur; & vocabatur *poculum fortunæ.* Si ergo aliquid aquæ casu effunderetur, pro malo omine id fuit interpretatum; quod si ex inadvertentia scyphus è manu decidisset, desperabant omnino, & se hostibus ultro subjiciebant. *Theophrastus.* Celtiberi.

Mithridates Rex *Ponti* devictus à *Pompejo*, sic se solabatur; *Omnis mihi etiam adversa fortuna* Mithridat.

cujus

cujus author Pompejus est, tolerabilis est; nec enim turpe est ab eo vinci, quem vincere esset nefas; neque inhonestum ei se submittere quem fortuna supra omnes extulit. Paterculus.

Carolus V. Rex. *Carolus* V. Rex *Hispaniæ* occupavit castra Ducis *Brunsvicensis*, & miles ejus statim etiam castra diripuit: cecidit Dux ad pedes Regis, supplex ut satis haberet accepisse castra & vicisse; vitam relinqueret militibus & aliam supellectilem: respondit *Carolus*, *cujus castra, ejus rastra*; hoc est, qui castra accepit, omnia potest radere & accipere. *Camerar. l. 5.*

Alphonsus. *Alphonsus* Rex *Castellæ* dicebat, *Probos milites gemina manus armat, fortis & justa: fœdifragos terna exarmat, perfida, pia, strenua.* Aventinus lib. 5. Ann.

Cabrias. *Cabrias* Dux *Athenienſium* dicere solebat, *se malle exercitum cervorum duce leone, quam exercitum leonum duce cervo.* Marli.

Ludovicus Rex. *Ludovicus Burgund.* Rex contra Cæsarem bellum movit; sed captus ab eodem, juravit se amplius illi bellum non illaturum. At liberatus denuo cum majori exercitu venit, sed iterum victus omnia perdidit; insuper, oculi illi eruti sunt, & in fronte ab aure ad aurem hæ literæ ferro impressæ, *Hunc servavit clementia, perdidit perfidia.*

Cimbri. *Apud Cimbros*, contra perfidos quatuor cohortes educebantur; prima erat puerorum, secunda juvenum, tertia virorum, quarta senum. Sed primæ tres tantum spectabant prælium, quarta autem cohors pugnabat; putabant enim debiles vires sufficere ad hoc ut perfidi vincerentur: nam perfidia deseritur à Deo, & ideo enervis est. *Politia. lib. 5.*

Philippi Magnetica dextra. *Normantici Galliæ* urbem obsederant, & jam occupaverant armamentarium. Inaudivit hoc Rex

Rex *Philippus*, & ad turbatos cives ſcripſit, *ne timueritis, mox aderit vobis dextra magnetica:* Venit, & caſtrametatus, ſupra caſtra magnetem in monte poſuit, & ecce gladius cujuſdam Normantici per aëra ad magnetem volat: quod videntes adverſarii conturbati, ſe ſuaque omnia *Philippo* ſubdiderunt. Retulit tunc Philippus tale elogium; *Philippus Rex utitur in bello dextra magnetica, in pace aurea;* (erat quippe liberalis.) *Patricius in Ethic.*

Cheroneuſes habuerunt aureum ſceptrum inſtar haſtæ, *à Iove* donatum *Pelopi*, quod hanc prærogativam habuit, ut quoties exercitus tumultuaretur, Rex ſolo ſceptri attactu tumultum ſedaret; ſi victa pars fureret & diſcordaret, elevatione ſceptri concordiam faciebat; cum defecit pecunia, dona ſibi oblata cujuſcunque materiæ, tactu ſceptri in aurum mutabat. *Pauſanias in Beoticis.* Sceptrum.

CAPUT XI.

De oratione gratiarum actoria.

Gratias agimus pro beneficiis, vel publicis, ut Regi & Reipubl; vel privatis, ut patronis, amicis, benefactoribus, &c. Utrobique idem artificium ſervandum.

QUÆSTIO I.

Quomodo conſtruitur oratio gratiarum actoria.

Primo, mentio fit accepti beneficii. Secundo, exaggeretur hoc beneficium à circumſtantiis perſonæ dantis & accipientis, loci, temporis, modi, & aliis: ita ut extenuetur dignitas accipientis, amplificetur autem gratia dantis, dicendo, ſufficientes gratias agi non poſſe; optando

do vocem & eloquentiam multiplicem. Tertio, fiat gratiarum actio humilis & sincera, item promissio gratitudinis & curæ ut illud munus ad honorem dantis, vel publicum bonum cedat. Quarto, subjungatur petitio, ut in gratia serv-tur.

Praxis.

Gratiatum actoria.

Gratiarum actoria pro dignitate collata.

Si mihi centum linguas, ex veteri Poëtarum voto, hodie natura donavisset; aut si jucundiori metamorphosi totus mens, totus lingua fierem, nondum ego beneficii magnitudinem quo me amplissime cumulavisti, Regum Serenissime vel eloqui possem vel complecti: Nam & me unum è tam nobili illustrium virorum collegio electum esse, in quem regium animum tuum beneficentia gravem deponeres; & supra vota mea, imo & ultra merita, hoc insigniri honore, quantum amoris & regiæ gratiæ argumentum? A teneris quidem ad hoc paternis præceptis imbutus vixi, ut tibi servire & ad tuos nutus obsequiis promptissime currere, supremam judicaverim fortunam; nec vivere jucundum fore, nisi tibi viverem: sed quanti apud eum studia tua ponderis esse convenit, cui vitam debeas, & omnia quæ cum vita mortales acceperunt? Quanquam & hæc si tuleris, & sorte tua minus & majestate tua inferius obsequium obtulisti. Habetis hoc, haberis, Serenissimi terræ soles, jam experientia disco, cum illo planetarum rege commune, ut quidquid à nobis, velut inferioribus regni elementis, studiorum accipitis, uberiori fœnore refundatis; nos umbras adspicitis, ut illustretis; nostra obsequia exigitis, ut beneficiendi campum nacti, eam quam Majestas imposuit necessitatem decurratis, singulis prodesse.

Quid

Quid verò huic animi regii in me propensioni possum, nisi humilibus verbis humiles gratias reddere; nisi forte mea meorumque studia, sicut in dignitatis meritum, ita in meriti stipendium accipis? Certe si dati beneficii qualiscunque solutio est accepti perennis confessio, non ingratos nos morituros sanctissime pollicemur. Permittet enim benignitatis tuæ facilitas, nos vel subium mutuam gratitudinem æmulari, quæ eadem quod à sole acceperunt lumine, plures ipse solis imagines depingunt, ut à quo splendent orbi demonstrent: & nos amorem regium, quo nunc insigniti vivimus, late per orbem & urbis famam portabimus; dicemusque natis, portabimus posteris, ut consequentium seculorum memoria sciat cujus stellæ simus, cui soli lucem debeamus. Dixi.

Sententiæ.

Hic cumprimis *Seneca* de beneficiis legendus; nam in hac materia unus *Seneca* pro multis valet.

Sine gratitudine nec thus nec myrrha Deo placet. Crisinieg.

Beneficia sunt voluntatis compedes, & aureæ catenæ quibus animus ligatur & trahitur. Prov. Com. Latin.

Qui in gravi periculo succurrit, vel magno alicui beneficio alium afficit, Dei vice fungitur; & cui prodest, Deus est. Cicero.

Iusta causa est lætitiæ lætum amicum videre, juvare feciſſe. Senec.

Referre non potest gratiam nisi qui meminit, & qui meminit jam refert.

Statim gratus est, qui se onerat, id est, qui proclivis gratitudinem.

Eodem momento quo obligatus es, si vis, cum quol-

quolibet paria feciſti; quoniam libenter qui beneficium accepit, reddidit.

Non neceßitatibus tantum noſtris proviſum eſt, ſed uſque in delicias amamur (nempe à Deo.)

Mundus eſt domicilium hominis, cœlum autem tectum, aliter die, aliter nocte ſplendens.

Beneficium aſpere datum lapidoſus panis eſt.

Ingentia beneficia ſæpe tarditas corrumpit.

Bis dat qui cito dat.

Illud beneficium jucundum, victurumque in animo ſcias, quod obviam venit.

Tempore quædam magna fiunt, non ſumma.

Ingens beneficium eſt unus in fame panis.

Gratia ſine pœnitentia eſſe debet. Theophraſt.

Mus in pera, ſerpens in gremio, ignis in ſinu, male rependunt gratiam hoſpitibus. Innocent. Pontif.

Gratia tarda ingrata eſt gratia. Vulg. Sent.

Si quid benefacias, levior pluma eſt gratia. Plaut.

Poſt munera cito conſeneſcit gratia. Feſtus.

Immortales ſunt gratiarum horti. Ariſt.

Beneficium da cæcus, accipe videns. Prover. Lat.

Demus beneficia, non fœneremur.

Dignus eſt decipi, qui de reddendo cogitabat cum daret.

Magnanimi & boni proprium eſt non fructum beneficii ſequi, ſed ipſa beneficia.

Multò gratius venit quod facili quam quod plena manu datur.

Quod voles gratum eſſe, rarum effice.

Nemo libenter debet quod non accepit, ſed expreßit.

Nulla res carius empta eſt quam quæ precibus empta eſt.

Moleſtum verbum & oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, Rogo.

Exorari

Exorari in perniciem sæva bonis est.

Rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile malum est.

Ne committe ut possit aliquis quandoque dicere, Hic me amando occidit.

Ante des oportet arbitrium mihi, deinde beneficium.

Non est beneficium debere cui nolis.

Exempla, & alia supellex.

Poëtæ & antiqui tres *Gratias* finxerunt, cum ob multas causas, tum ob hanc, ut memineri-mus gratiam memoria tenere, ore laudare, obse-quiis demereri. Pinguntur etiam junctis mani-bus, quia beneficia mutuo reddunt; ridentes, quia benefacientium vultus hilares esse debent; virgines, quia sincera & sancta; tres, quia tria genera beneficiorum sunt, *promerentium, dan-tium, accipientium & reddentium simul.* Gratiæ tres. Manibus junctis ridentes virgines.

In manu *Delphici Apollinis* tres *Gratiæ* insidebant, quarum una lyram, altera tibias, tertia tibulas habebat: innuebant scilicet, gratias, si erunt, vocales esse, & beneficium acceptum quoque canere: aut beneficium si alio non pos-sit, debere saltem compensari celebratione. *Pie-rius.* Gratiæ vocales.

Gratiæ symbolum olim rosa fuit. Forte quia hæc scarabæum necat, ita illa ingratitudinem. *Plin.* Rosa symbolum Grat.

Pythagoras quæsitus quomodo homines, pos-sit Diis similes vivere; respondit, *si veritatem colant, & omnibus benefaciant.* Ælianus. Pythagoras.

Alexander Magnus cuidam dono dedit urbem, invidiam fugiens, dicebat id non convenire munæ suæ: cui *Alexander; non quæro quid te cipere deceat, sed quid me dare.* Sen. de Benef. Alexandri munificent. *lib.*

Anaxilaus. *Anaxilaus* quæsitus quid in regno esset beatissimum, respondit, *Non vinci beneficiis.* Phavor.

Simonides. *Simonides*, roganti cuidam ut sibi encomium scriberet, se gratias pro eo relaturûm; respondit, *duas arcas domi habeo, unam gratiarum, alteram argenti; & cum me premit necessitas, gratiarum quidem arcam aperio, sed inanem reperio: alteram solam mihi commodam experior.* Stobæus.

Varro dicebat, *qui aquam hauris, fontem corona.* Allusit ad consuetudinem Romanorum, qui in festo *Fontinalium* solebant fontes coronis redimire.

Fontinalia.

Athenienſium gratitudo. Non erga homines tantùm sed erga bellua grati fuerunt *Athenienses.* Nam decreto sanxerunt, ut muli qui egregie diu laboraruntvinculis soluti libere pascerentur ad mortem. *Rodig.*

Russorum proverbium est vulgare, *Etiam sacrarum non bono animo datum in absinthium vertitur.* Prov.

Pomponius. *Pomponius* Dux *Romanus*, dum victor rediret, Pyramidem illi triplicem exstruere volebant filii; cumque ille rogâsset ne facerent, illi, cum tres posuissent, pugnatori, victori, triumphatori, etiam quartam contemptori *Pomponio* exstruxerunt. *Epitom.*

Ageſilaus. *Ageſilaus* Rex cum *Apellem* ægrotantem visitasset, pulvinar surrigere fingens, decumbentis cervici caute aurum suppossuit: non multo post Regis discessum adveniens puer, amoto pulvinari, dum lectulum sternere vellet, aurum repperiens, exclamavit, *Vide Domine quid in lectulo tuo repererim*; At *Apelles* silentium ei imponens dixit, *hoc est furtum Regis*; mox intulit Puer, *Quid? benignitate motus voluit tuæ inopiæ subvenire, & furtum dicis?* tunc *Apelles*, *Optime dixi,*

quia

quia Rex hoc munere cor meum furatus est, & perpetuo mesibi addixit. Sciebat enim Ageſilaus multo præclarius esse alios ditare, quam ditari; & nil glorioſius quam beneficium apud bonos virtus depoſitum.

CAPUT XII.

De Orationibus petitoriis, commendatoriis, & exhortatoriis.

QUÆSTIO I.

Quomodo conſtruitur oratio petitoria.

Primo, ſolet fieri communiter acceſſus vel à commendatione liberalitatis ejus à quo petis; vel ab extenuatione petentis; vel ab exaggeratione meritorum, præſertim cum pro aliis intercedimus; vel à refutatione eorum quæ in petitione ſuſpecta eſſe poſſunt; vel à deprecatione audaciæ, ſeu profeſſione verecundiæ, quod ſine meritis ad petendum accedat, &c. Secundo, exprimitur poſtulatum. Tertio, ſubjiciuntur rationes, quæ quod petitur perſuadent: Hæ autem rationes accipiuntur communiter vel ex perſona dantis, vel petentis, enumerando ſcilicet merita ejus & majorum: vel etiam ſumuntur à neceſſario, à facili, à glorioſo, & reliquis rei petitæ adjunctis. Quarto, promittitur perpetua beneficii memoria, exprimitur ſpes de obtinendo petito concepta, & obſequia offeruntur.

Praxis.

Petitoria dignitatis à Rege.

Et ego ad pedes munificentiæ tuæ cum precibus ſupplex advolvor, ut beatior ſurgam; & hac felici ruina ac Majeſtatis tuæ umbra, fortunæ meæ lucem & faſtigium inveniam. Scio

Petit. dign. tis.

petentium desideria regiis animis theatrum gloriæ sternere ; & injuriam eos infligere Principibus, qui necessitate pressi, ad has publicæ salutis aras, vel ut verius dicam, ad hos tutelares Deos accedere erubescunt : siquidem regiæ manus divini fontes sunt, quibus latissime beneficia in nos & Rempubl. dimanant. Certe ut Pharus in æquore laborantibus inter pericula nautis viam ostendit qua securitatem inveniant; ita liberalitas principis, sinum principis, in quem vota nostra velut portum confluant, ut ditiora redeant. Audivimus lamenta Regum, dies sibi periisse conquerentium, quos cum nulla beneficii linea signavissent, neque se vixisse arbitrabantur ; quia ut soli lucere, ita regibus benefacere natura est. Et tua in nos Seren. R. subditos humanitas & Majestatis tuæ insignis facilitas, ideò in virtutum regiarum exercitu altius eminent, ne à conspectu tuo, à magnis aliorum corporibus, minorum necessitates præpediantur. Quid mirum igitur si hac Majestatis tuæ beneficentia provocatus, cum N. Dominum satis concessisse accepi, ejus honoris hæres fieri nutu & benevolentia Seren. Majest. supplicem? In manu tua Seren. Rex fortunam meam volvis; velis tantum & levasti : respice & serenior abeo. Forte mea & majorum merita aliquis hic exegerit ; sed petere beneficium veni non licitari, impetrare non exigere ; omniaque quæ aut mei aut ego pro Republ. pro sereniss. Majestate tua fecimus, oblivisci malimus quam producere, parati & vitam ponere, si patriæ necessitas, si voluntas S. M. & amor jusserit. Gratiam & favorem regium peto, non debitum ; cujus vel uno radio si me nunc beaveris, perennes servitutis compedes animo meo injeciſti. Dixi.

Septen-

Sententiæ.

Pulcher thesaurus collatum beneficium. Menan.

Benefacere homini est magnum beneficium apud Deum deponere. Sidonius.

Liberale officium, serere beneficium ut possis metere fructum. Cicer.

Principum dona sunt auctoramenta servitutis. Demost.

Fici non florent, & fructus habent dulcissimos; quidam benefaciunt, non promittunt. Plutarch.

Extra fortunam est quidquid donatur amicis; quas dederis, solas semper habebis opes. Martia.

Princeps liberalis amicos ex hostibus, ex alienis suos, ex infidis fidos faciet. Jovianus.

Melius beneficiis custoditur Respublica quam armis. Idem.

Beneficium dignis ubi das, omnes obligas. P. Minus.

Plures honorare est multos ad bene merendum provocare. Demost.

Beneficium & gratia sunt vincula concordiæ. Cicero.

Thesaurus pulcher pulchrè collata gratia. Eurip.

Tunc solum pretiosa est pecunia, quando usu largiendi desinit possideri. Boëtius.

Beatissima dos in Principe liberalitas & clementia. Pomp. Læt.

Corpus alimento nutritur, animus nobilis laude, honore, præmio. Xenoph.

Multo præclarius est beneficiorum quàm tropæorum reliquere memoriam. Idem.

Præmia bonorum malorumque bonos malosque faciunt. Plinius.

Liberalitatis aureum semen producit auram famæ, ex qua prodit messis honoris. Sophocl.

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Plinius.

Pauperibus una educandi ratio, bonus Princeps. Idem.

Avaritiæ fuga & liberalitatis gratia regum gloria est, & regnorum firmamentum. Atist. ad Alexan.

Exempla, Et aliæ eruditiones.

Crœsus. *Crœsus* cum divitias jactaret coram legatis exterorum; Legatus Ægyptiorum quæsivit, qui thesaurus omnium utilissimus esset? cui Rex: *Liberalitatis*, respondit, *thesaurus præcedit aurt gemmarumque thesaurum.* Plutar.

Iacobus II. Arrag. Rex. *Iacobus* II. *Arragoniæ* Rex cervam alatam pinxit cum cornibus aureis; Inscriptio, *& aura & celeritate.* Typocius. Innuebat Principes debere esse liberales in dando, & celeres in agendo.

Aurelianus. *Aurelianus* Imperator cum à suis quæreret, quo pacto Imperium bene regi possit; respondit quidam, *auro & ferro*, id est, liberalitate, seu manu liberali & forti. *Zonaras.*

Ptolomeus. *Ptolomeus* Rex incredibiliter delectabatur, si à se ditatos videret; & dicere solebat, *Magis esse regium ditare quam ditescere.* Coket.

Alexander M. *Alexander M.* disputans inter Philosophos, de felicitate rogatus sententiam, dixit, *nihil beatius esse quam donis, muneribus & operibus sibi obstringere.* Idem. Gloriabatur itidem sibi à natura datum esse, quod nulli cederet in beneficiis.

Rex Indiæ. *Indorum* Rex quispiam occurrens *Alexandro M.* dixit: *Provoco te non ad pugnam nec ad bellum, sed ad aliud certaminis genus; Si inferior es, à nobis beneficia accipe; si superior, nobis benefacito.* Ita ab Alexandro M. regnum obtinuit. Plutar.

Augustus. *Augustus* Imperator adeptus Imperium, nihil *se magis gratulari* dixit, *quam quod illum gradum* con-

cumscendiſſet, ex quo omnibus benefaciendi facultas daretur. Dion.

Dionyſius Siculorum Rex ad filium ingreſſus, cum magnam vim cælati argenti in menſa viderat; *Fili*, ait, *non eſt in te regius animus, qui tot omnibus neminem tibi amicum feciſti.* Plutar. Dionyſius.

Cimon Athenienſium Princeps adeò ad dandum promptus fuit, ut & prædia, quæ pluribus in locis habebat, ſine cuſtode habuerit, ne quis ea impediretur qui vellet ſuis bonis frui. Illum etiam euntem ſemper famuli cum nummis ſequebantur, ut ſi quis ejus ope indigeret, ſtatim haberet quod daret. *Plutar.* Cimon.

Epictetus monet, ſicut ſol preces & blandimenta non expectat ut oriatur, ſed ſponte ſurgit, & ab omnibus ſalutatur; ſic tu nec plauſus expecta nec laudes ut benefacias, ſed ſponte benefac, & pariter ut ſol omnibus eris gratus. *Habens.* Sol.

Theodoſii Imperatoris tam certa fuerunt beneficia, ut tum accepta viderentur cum ſponderet. *Pacat. in Paneg.* Theodoſius.

Maximilianus I. moris habebat dicere; *Charitas non expectat preces egentis, ſed ubi neceſſitatem videt, ante preces prævolat.* Reiſner. Maximilianus.

Thomas Briccotus Doctor *Pariſienſis*, ut *Franciſcum* I. *Galliæ* Regem liberalem nimis admoneret, in ſolenni ejus inauguratione laudans cæteras virtutes, *manus eum ſimiles habere* dixit *D. Franciſci manibus*, hoc eſt, ſtigmata habere eum in manibus, ſeu terebratas manus, per quas omnia effluant; & ideo timendum, ne regnum ad paupertatem *Franciſcanam* deduceret. *Cokerus.* Franciſcus primus.

De *Alexandro Severo Cæſare* hoc ſcriptum extat elogium; *Dies nunquam tranſiit, quin aliquid manſuetum, civile, pium faceret; ſed ita ut æraria non everteret.* Apud Lampridium. Alexander Severus.

Robertus. *Robertus Capetis* filius mille pauperes humanissime semper fovit, eisque jumenta præbuit, ut se quocunque iret sequerentur, ac pro se rota facerent. *Bodinus & Cokerus.* Eo nemo aut felicius aut tranquillius imperavit.

Ludovicus. *D. Ludovicus* centum & viginti pauperes habuit, qui eum ubique sequebantur, & eodem quo ipse victu sustentabantur: diebus verò Quadragesimæ numerum duplicabat. *Idem.*

Ludovicus. V. *Ludovicus* V. Rex ob liberalitatem præcipuè in egenos cognomentum accepit, ut *Pater pauperum* vocaretur; & hunc titulum præ aliis charissimum habuit. *Idem.*

Archelaus. *Archelaus Macedonum* Rex, cum ab eo poculum aureum quidam peteret, ipse jussit ut minister illud *Euripi* daret, petentemque intuitus; *Tu quidem*, inquit, *dignus eras qui peteres & non acciperes; hic verò dignus est qui accipiat & non petat.* Plutar.

Alexander M. *Alexander M.* quæsitus ubinam suos thesauros haberet; amicos ostendens, *hi*, inquit, *liberalitatis meæ scrinia sunt.*

Severus. *Alexander Severus* Imperator, singulorum nomina quibus aliquid præstitissent, descripta habuit: qui nihil aut parum petiissent, eos appellabat, inquiens, *quid est cur nihil petis? num me tibi vis fieri debitorem? pete ne privatus de me queraris.*

Agapetus. *Agapetus Justiniano* Imperatori sic scripsit; *Vestimentum non veterascens est beneficentiæ amictus & incorrupta stola erga pauperes. Eum igitur qui pie regnare vult, talium indumentorum pulchritudine animum oportet exornare; amoris enim in egenos qui indutus est purpuram, cœlestis quoque candidatus est regni.* Coker.

Carolus V. *Carolus* V. Imperator ut Peruanam provinciam sibi reconciliaret, misit eo nobilem, eique plures

plures chartas puras & à scriptura vacuas dedit, solo nomine suo imperatorio notatas; eo consilio, ut quisquis privilegium aut munus aliquod peteret, jam impetrassetillud, si in hac charta virgine hoc scripsisset. *Drexel.*

Menecrates ea conditione sanabat gratis plurimos, ut veste ab eo accepta, ejus se clientes, & ab eo sanitatem acceptam faterentur ubique. *Plutar.* Menecrates.

QUÆSTIO II.

Quomodo construitur oratio commendatoria.

In hac oratione petimus aliquid, alicui commemorando ea propter quæ videtur dignus ut accipiat. Hæc puncta servantur; Primo, vel liberalitatem ejus aut amorem extollimus apud quem commendamus; vel necessitudinem nostram cum eo exponimus; vel etiam ejus amicitiam quem commendamus, cum illo vel nobiscum, explicamus. Secundo, laudatur is qui commendatur, à meritis, à studiis obsequendi, idotibus naturæ, à virtutibus, &c. Tertio, ponuntur rationes suadentes ut commendatum habere velit. Sumuntur verò hæ rationes vel à necessario, vel ab utili, vel ab honesto, vel aliis adjunctis. Quarto, petitio adhibetur, & promissio tam suorum obsequiorum quàm commendati. Commendator.

Hæc oratio ferè in omnibus cum petitoria convenit, nisi quod hic alteri petamus, ibi nobis: ideo & praxis specialem difficultatem non habens, frustra nobis remoram hic objecerit.

QUÆSTIO III.

Quomodo construitur oratio exhortatoria.

Ignea hæc oratio tota esse debet & ardere, quia illa auditores stimulamus, ut omni periculo con- Exhortator.

contempto, omni abjecta ignavia, animum assumere velint; & hoc quod opportunum est non negligere. Maximè utilis est exercitium ducibus, qui ante prælium suorum militum animos debent incendere. Hæc puncta habet. Primo, laudantur eorum virtutes quos exhortari debemus, spes egregias de illis præferendo, quod scilicet stimulis ad honesta non indigeant: vel necessitas præsentis periculi graphice describitur: vel ex abrupto hostium ferocia aut ignavia exaggeratur. Secundo, rei ad quam exhortamur, facilitas, utilitas, honestas, gloria ostenditur; & quod damnum, quæ infamia sit secutura nisi faciamus. Tertio, adhortatio ardens fiat ad id quod volumus, commemorando majores nostros & eorum exempla in simili negotio, Dei honorem, expectationem omnium, omnia etiam bona de eventu futuro.

Praxes hujusmodi orationum nobilissimas habes apud *Livium*, *Salustium*, *Curtium*, & alios: Excellunt præ aliis quas *Catilina* ad suos commilitones habuit; & *Darius* ad suos, pugnaturus in *Alexandrum M.*

Caput XIII.

De Electione officialium ac magistratuum.

Est apud plerosque consuetudo officiales certos, ut Consules, Judices, Secretarios, &c. eligendi liberis & votis & suffragiis; quod etiam sine orationibus perfici non solet. Sit ergo

Quæstio I.

Quomodo ejusmodi oratio constitui soleat.

De Electione. Primo, communiter ipsius officii dignitas, potestas, & ea quæ officium comitantur, exponuntur & exornantur. Secundo, laudatur is cui tua

tua sententia suffragaris, tum à meritis, tum à moribus, tum à virtutibus, tum ab illis maximè quæ ad hoc officium rite obeundum conferunt. Tertio, concluditur vel per iteratam commendationem aut petitionem, ut huic officio suam operam subtrahere nolit; vel per interpretationem ejusdem sententiæ in aliis de illo; vel per augurationem publici boni quod ex illius electione proveniet; vel per expolitionem expectationis omnium de illius virtute.

Praxis.

Si de singulis hominum factis absque errore judicare difficile est, multo sane difficilius est de eo decernere aliquid, cui judicia & tabulæ fatorum humanorum committendæ sunt. Quæ enim ibi singula in periculum veniunt, in hoc consilio omnia velut agmine facto in unum periculum conjurant. Dicenda est aliquando sententia de unius hominis aut facultatibus aut vita: at hic simul de omnium opibus & incolumitate dicendum est, & in unius officii æqua & iniqua collatione omnium bonorum iræ improborumque rationes aut summo malo aut pari bono dijudicandi veniunt; Judicem nimirum eligimus, id est, justitiæ antistitem, qui æquum & iniquum discriminet; qui innocentiam à violentia tueatur; qui injurias arceat; qui vivum velut Oraculum omnibus nobis fatum prælegat; qui de fortunis & vita decernat. Omnes igitur quorum causæ ad hujus tribunal devolventur, de quorum dignitate, honore, nomine deinceps certabitur, supplices in hoc consessu se mentibus nostris præsentant, atque à nobis exorant, ne eorum vestrasque fortunas alicui ex iis committatis, cui judicialis sedes messis aureæ campus, cum *Græculo* quodam audiat; Praxis pro electione judicis.

& qui

& qui defalcatis calamitosorum fortunis, avaritiæ suæ & cupiditatis horrea explere laboret. Eligendus ille est cui aperta causa est & æquitas, cui clausa pro tribunali arca sit. Nam ut *Poëta* ait:

Non bene selecti Iudicis arca patet.

Eligendus ille qui Iudiciale officium agnoscat esse miserorum asylum; maximeque illud evitet quod vulgari verbo circumfertur, *Iudicium nihil est nisi publica merces.* Porrò, hunc esse Dominum N. non ego assero, sed virtus, sed doctrina & animi candor indicant; Vos Domini N. N. verborum non expectata assertione, ex factorum meritis, de dignitate merito huic conferenda cogitate. Meminit hic moniti Philosophici, *in magistratu non ditiorem hominem sed clariorem fieri debere.* Meminit & illius proborum cautelæ, *ita leges tractandas esse, ne judices, cum alios absolvunt, se condemnent.* Spero itaque fore, ut si meæ suffragati opinioni successeritis, patria universa atque omnes boni cupitis bonis perfruamur.

Sententiæ de Iudicio.

Tam diu judex dicitur, quamdiu justus putatur. Cassiodor.

Ignorantia & malitia judicis plerumque est calamitas innocentis. Augustin.

Non bene selecti judicis arca patet. Ovid.

Si judicas cognosce, si regnas jube. Seneca.

Sublata justitia quid sunt imperia nisi magna latrocinia? Augustin.

Ergo judicium nihil est nisi publica merces. Petronius.

Semper

Semper iniquus est judex qui aut invidet aut favet. Cicero.

In judicando criminosa est celeritas. P. Syrus.

Summum jus summa injuria. Cicero.

Grave judicium est quod præjudicium non habet, id est, quod novo exemplo fit, aut ad novam normam. P. Cyrus.

Grave præjudicium est quod judicium non habet, id est, quod nullus judex sequitur vel propter crudelitatem vel propter timorem. P. Mimus.

Malo judice nullum est venenosius animal. Petrar.

Judicis vox legum vox est, & ipsius justitiæ. Idem.

Cunctator esse debet qui judicat de salute. Cassiod.

Gladius conditur ubi aurum suscipitur. Idem.

Malum judicium omnis mali causa est. Stobæus.

Pœnam, si tuto potes, donabis; sin minus, temperabis. Senec.

Non est princeps supra leges, sed leges sunt supra principem. Plinius in Trajano.

Tantum valent leges quantum volunt reges. Pessima vox est.

Tantum valent reges quantum volunt leges. Optima vox est.

Si in aurem judicis susurret pecunia, & Orphei lyra, & carmen Amphionis, & Musa Virgilii, vox pecuniæ suffocantur. Quid plura? ubi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba rauce sonit; ubi nummus militat, Hectoreæ militiæ fulgura compescuntur; ubi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculis: Vincit nummus, regnat nummus, imperat universis nummus. Philo.

Plus valet favor in judice quam lex in codice.

Gunshius est pluris quam tota scientia juris.

Iustitia non novit patrem, non novit matrem, veritatem novit, personam non accipit, Deum imitatur. Cassiod.

De Magistratu.

Magistratus est medicus civitatis. Thucydid.

Melius est civitatem regi à viro optimo quam à lege optima. Aristot.

Vbi præses fuerit philosophus, ibi civitas erit felix. Idem.

Insanienti gladium & improbo magistratum committere perinde periculosum est. Pythagoras apud Stob.

Ars gubernandi civitates principatum tenet in omnibus artibus. Arist.

Magistratus est lex loquens. Cic.

Qui Reipubl. præsunt nulla re facilius benevolentiam multitudinis sibi conciliant, quam abstinentia & continentia. Idem.

Magistratus intelligat se civitatis personam gerere, ejusque dignitatem & decus sustinere. Idem.

Qui præsunt similes legibus sint, quæ ad puniendum non iracundia sed æquitate ducuntur. Idem.

Præfectum Reipubl. stantem mori oportet. Dion. in Adria.

Eruditiones de his materiis.

Iudex & Ara. *Archytas* dicebat, *Iudicem & aram idem esse; utrumque miserorum asylum.*

Alex. M. *Alexander M.* cum audiret accusatorem, alteram aurem manu occludebat; quæsitus cur id faceret, *Alteram*, inquit, *aurem defensori integram relinquo.* Plutar.

Ægyptii. Apud *Ægyptios* iidem erant judices qui sacerdotes erant. Ælianus.

Lacedæm. Apud *Lacedæmonios* judicabant judices occlusi, ut neminem viderent. *Al. ab Alex.*

Pythinii

Bythinii judicaturi, in conspectu solis tribunal ponebant. *Idem.* Bythinii.

Allobroges antequam ad judicium irent, vini craterem bibebant, vocantes craterem judicii & veritatis. Forte ut è fundo veritatem haurirent; vel ut eloquentiores & audaciores essent; vel quod sicut vinum est dulce & severum, ita judex esse debeat severus per justitiam, dulcis per clementiam: & sicut vinum æque regem inebriat atque gregem, sic judicium debeat esse sine respectu. Allobroges.

Trajanus Imperator judicibus hoc symbolum dabat; *Fulmen super pulvillum*, cum lemmate; *Lenis severitas.* Epitom. var. hist. Trajanus.

Apud *Ægyptios* judices gestabant in collo imaginem *Veritatis* ex Saphiro, quæ habebat oculos clausos, & plurimos ante se libros. *Diod.* Veritatis imago.

Præclare de veritatis imagine dicit *Ælianus*; *ego judicem non ex lapide exsculptam veritatem circumferre, sed in ipso corde defixam habere volo.*

Celeberrimus ille in Germania furum domitor, sub quo catenæ aureæ in publicis viis intactæ jacebant; supplicio afficiendis in convivio annulos donabat, dicere solitus, *Amicus tuus & judex sum.* Coker. Amicus & Iudex.

Ad *Ludovicum* XII *Galliæ* Regem accessit qui patrati homicidii veniam peteret: Rex facti enormitatem perpendens, & quod jam tertio id sceleris admisisset; *Tene*, inquit, *veniam flagitare, homicidii jam tertii?* & ecce joculator qui forte aderat; *quid Domine, tertii? imo primi dumtaxat, nam secundum & tertium tua sunt; quia si tu primum non condonasses, hæc reliqua non perpetrassent.* Pontan. Ludovicus XII.

Canutus Vandalorum Princeps justissimus fuit, & nulli vel amico vel sanguine juncto parcebat. Dumergo de reis semel numeretur supplicium, Canutus.

qui-

quidam damnatorum proclamavit se principis cognatum esse, parceret sibi; tum rex, *Cognato, inquit, nostro, ut honoratior ei sit locus, sublimiorem parate crucem.* Cranzius l. 3. Vand. Histor.

Ferdinandi. *Ferdinandus Cæsar* clemens & justissimus illud crebro in ore habebat; *Fiat justitia aut pereat mundus.* Cokerus.

Lacedæmoniorum sellæ Senatoriæ. *Lacedæmonii* centum & quadraginta sellas in senatu habebant, totidemque judices: hæ sellæ verò ex ebore erant factæ, & leonibus incumbebant; leones autem uno pede sellam fulciebant, & altero simiam projiciebant. Lemma subscriptum fuit; *Cede, Leo hic sedebit.* Epit.

De Magistratu.

Cleo. *Cleo* Reipublicæ destinatus, convocatis amicis dixit, *Solvere se velle amicitiæ vincula, ne forte cæco erga eos adfectu ductus, à justitiæ semita deflectat.* Plutar.

Rex fatuus simius in tecto. *Bernhardus ad Eugenium* recens electum Pontificem scribens, sic ait; *Simius in tecto & Rex fatuus in solio æque monstrosa res est; gradus summus & animus infimus; sedes prima & vita ima; lingua magnilo quax & manus otiosa; sermo multus & fructus nullus; vultus gravis & actio levis; ingens authoritas & nutans stabilitas.*

Ambrosii dictum. *Ambrosius* de iis qui titulum cum dignitate accipiunt, sic dicit; *Actio congruat nomini, ne sit nomen inane & crimen immane, honor sublimis & vita declivis.*

Zeno. *Zeno* dicere est solitus, *Solia & urbes decorandas esse non pretiosis ornamentis sed viris.* Stobæus.

Iacobus Almanso Africæ & Hispaniæ Rex throno suo inscribi jussit hæc: primo, *Justitia tenet primum à rege locum.* Secundo, *Charitas divitibus maxime convenit.* Tertio, *Patientia pauperum*

rum propria. Quarto, *Castitas est præcipuum juventutis ornamentum.* Ex alia parte erant hæc scripta: *Rex sine justitia est nubes sine pluvia. Dives sine charitate est cibus sine sale. Pauper sine patientia est alveus sine aqua. Iuvenis sine castitate est lucerna sine lumine.* Tympius.

Mexicani quoties Regem novum inaugurant, toties postulant ab eo jusjurandum, quod justitiam sit administraturus; non oppressurus subditos; futurus in bello fortis ac strenuus; curaturus denique ut sol cursum suum ac splendorem retineat; nubes pluviam largiantur; fluvii manent aquis, & terra ubertim fructus suos proferat. Putabant enim quod si Rex probus esset, si obediret sol, & tellus fœcundior esset, atque totus orbis gratus fieret pro administrata recte populis justitia. *Sanedra.*

Sic Homerus:

Sicut percelebris regis qui numina curat,
In multisque probisque viris jura æqua ministrat.
Ipsa illi tellus nigricans prompta atque benigna est,
Fert fruges segetesque, & pomis arbor onusta est;
Proveniunt pecudes, & suppeditat mare pisces:
Ob rectum imperium populi sors tota beata est.

Inde & *Boëtius. Annus bonus non tam de bonis fructibus quam de justè regnantibus existimandus est.*

Signum est boni regiminis & Regentis, quando pauis est in foro, justitia in judiciis, securitas in omni loco. Proverb. Italic.

Chrysippus rogatus, cur nollet Rempubl. regere, dixit; *Si male rexero, displicebo Diis; si bene, hominibus*: juxta *Poëtæ* sententiam, Chrysippus.

Seu

Seu sequeris verum seu damnas, pessime vivet;
Odia Divorum contrahis aut hominum.

Epaminondas. Cum *Epaminondæ* per invidiam & contumeliam vilissimus quidam magistratus datus esset, suscepit ipsum, dicendo, *non solum magistratus ostendit ornatque virum, sed & vir magistratum.* Itaque se gessit, & magistratum illum honorabilem fecit, ut à multis deinde ambiretur. *Eras.*

Agesilaus. *Agesilaus* quæsitus, cur *Spartanorum* Respubl. præ aliis floreret? *quia*, respondit, *Spartani & imperare sciunt & parere.* Plutar.

Agathon. *Agathon* dicebat, *magistratum trium debere meminisse; primum, quod hominibus imperet; deinde, quod secundum leges; tertio, quod non semper imperabit.* Stobæus.

Alphonsus. *Alphonsus* magistratum cotem appellare solebat, qua hominum ingenia probantur. *Panormitanus.*

Saturninus. *Saturninus* cùm milites illi peplum imperiale imposuissent, advocata concione, de se ipso dixit; *Commilitones, bonum ducem perdidistis, & malum principem fecistis.* Trebell. Pollio. Erat hic militum dux optimus, sed Imperator factus cum severus nimium esset, ab iisdem militibus interemptus est.

Themistocl. *Themistocles* audiens quosdam ambire magistratum; *Si mihi*, inquit, *duas ostenderitis vias, quarum una ad sepulchrum, altera ad tribunal duceret; multo libentius ingrederer eam, quæ recta ad sepulchrum ducit.* Ælian.

Demosthenes. *Demosthenes* dicebat, *si ex duobus alterum sit eligendum, citius se in exilium iturum quam ad suggestum aut tribunal: Scire enim se quantum invidiæ, calumniarum, ac periculorum ei expectandum sit qui ad gubernacula accedit.* Erasm. in Apoph.

Seleucus. *Seleucus* frequenter dicebat, *paucis notas esse* magi-

magistratuum magnas curas, alioquin neminem repertum iri qui regum diadema humi projectum tolleret. Idem.

Antigonus cum regium diadema & purpuram accepisset, dixisse fertur; *O nobilem magis quam felicem pannum! quem si cognoscas quam multis curis, periculis & miseriis refertus sit, ne humi quidem jacentem elevares.* Stobæus. Antigonus.

Bion dixit, *oportere bonum virum à magistratu discedere non ditiorem sed clariorem.* Idem. Bion.

Pythagoras dicebat, *primo luxuriam civitates ingredi; deinde saturitatem, postea contumeliam, postremò exitium.* Idem. Pythagoras.

Trajanus Imperator dum Præfectum Prætorii ense accingeret, dixit; *Cape hunc ensem, & si juste imperavero, pro me; si injuste, contra me utere.* Dion. Trajanus.

Caligulæ vox fuit, cum in Imperatorem esset electus, *nunc omnia sibi, & in omnes licere.* *Tranquillus.* Reges vero *Lacedæmonii* minorem sibi delinquendi potestatem censebant esse relictam, quam privatis hominibus. Caligula.

Clotarius Rex *Galliæ* hoc monile habuit: Cor punicei coloris in campo candido; ex corde duæ spicæ promicabant, *una à dextris aurea, & loco aristarum radios solares habens*, cum lemmate; *Et luce & ardore.* Altera verò spica à sinistris adamantina, habens aristas æneas, cum lemmate; *Nec luce, nec ardore.* Prima spica pietatem notat, fervore & luce boni exempli splendidam. Secunda magnanimitatem significat, quam nec ardor adversitatis, nec lux prosperitatis potest evertere; tale cor habere debet quisquis in dignitatem adoptatus est. Clotarii monile.

Ludovicus Sfortia ad *Genuenses* misit *F. Marchesium* ut ab iis grande tributum exigeret. *Genuenses* Legatum humaniter acceptum in hortum deducunt, Ludovicus Sfortia.

Basilica. ducunt, herbamque illi *Basilicam* nomine offerunt, dicentes; *accipe, & debilem hanc* (afflictæ Reipublicæ symbolum) *herbam odorare*: accepit ille, & odoratus dulcem odorem percepit. Jusserunt deinde, ut herbam premeret ac contereret, denuoque odoraretur; fecit, & fœtorem sensit: Tunc *Genuenses*; *Sic*, inquiunt, *Si clementer princeps egerit, gratiam habebit apud omnes. si presserit nos & triverit, amaritudinem & molestiam sentiet.* Guicciardinus.

Pericles. *Pericles* in ducem *Athenienſium* electus, frequenter ſibi occlamabat, potiſſimum mane dum indueretur; *Attende, ô Pericles, attende, cives ſunt, liberi ſunt, Græci ſunt, Athenienſes ſunt quos regis.* Plutar.

Monarcha Indorum. Apud *Indos*, ſupremus monarcha, quem ſua lingua *Vohon*, hoc eſt, jubar honoris appellant; is limites palatii nunquam egreditur, nec in oculos hominum venit; per palatium vel vehitur ſuper cunas, vel à terra ſublatus in altiſſimis ſandaliis ambulat, ut nunquam terram attingat: cum in throno ſedet, ex una parte pendet pugio ſeu gladius, ex altera arcus & ſagittæ. *Richterus.*

Symbolum ſenatoris. Quidam Senator ſtellam habuit cum ſex radiis ejuſmodi: primus radius fuit inſtar ſpicæ, cum inſcriptione; *Vtilitate.* Secundus, inſtar clavis, cum lemmate; *Æquitate.* Tertius, inſtar digiti, cum lemmate; *Actione.* Quartus, inſtar capitis coronati, cum lemmate; *Dignatione.* Quintus, inſtar candelæ accenſæ, cum lemmate; *Pietate.* Sextus, inſtar floris pulcherrimi, cum lemmate; *Odore bonæ famæ.* Plane ſymbolum hominis ad magiſtratum promoti. *Epitom. variſt.*

Cimbri. *Cimbri* duplex elogium dederunt Reginæ *Amphiliæ*: in moneta ſculpta fuit ab una parte

Am-

Amphilia cum cithara; lemma, *Cimbriæ hilaritas*: ab altera parte, eadem *Amphilia* cum lampade ardenti; lemma, *Cimbriæ serenitas*. Innuebant exhilarari regnum amore reginæ erga suos, & præstantia familiæ illustrari. *Ludov. Legionen.*

Alexander Severus Imperator, eos quibus collaturus erat magistratum, ex albo recensebat, ut si quis vitia alicui objiceret & probaret, reus magistratu privaretur; quod si objecta non probasset, accusator rei pœnam subibat. *Fulgos.* Severus.

Alphonsus Arragoniæ Rex in palatio hoc symbolum habuit; *Fuci circa alveare*; cum lemmate, *Malum regnum ubi apes laborant, fuci devorant.* Panor. Alphonsi symbolum.

Carolo Magno placebant illi principes qui essent *Augusti* Imperio, *Pericles* judicio, *Alexandri* bello. *Epitom.* Carolus M.

Idem dicere solebat; *Optimus ille princeps cui nomen Adamus, cognomen Abrahamus*; id est, qui laboriosus ut *Adam*, pius ut *Abraham*. Ibidem. Idem.

Numidæ Principem suum vocabant *Cauriach*, hoc est, rivulus. Hoc autem inde fuit; Habebant *Numidæ* fontem Jovis nomine insignitum, cui sacrificabant tempore interregni, ut ipsis Principem ostenderet. Certis ergo temporibus summus sacerdos fontem inspiciebat, & cujus personæ vultum sibi ibidem ostendi à *Iove* advertit, eum mox populo Principem promulgavit. Hujus cæremoniæ memores, Principes quotidie aqua istius fontis lavabantur, quam porrigendo cubicularius dicebat, *Domine Cauriach*, hoc est, memento te rivum esse. *Ibidem.* Numidæ principes Cauriach vocant, & unde.

Tempore *Tiberii Cæsaris*, cum Imperium susceptisset, viæ dicuntur immutasse situm, læva in dexteram, dextera in lævam commutata. *Plinius.* Tiberii regnum.

Rudol-

Rudolphus II. *Rudolphus Secundus* ex consensu sex Electorum factus Imperator, curavit sibi in symbolo pingi super eburneam mensam, sex calculos seu sortes; septimum verò desuper quasi de cœlis venientem, cum lemmate; *Consentientibus.* Innuebat omni electioni legitimæ etiam Deum adjicere suum calculum. *Tipoc.*

Mos Tartarorum in eligendo principe. *Tartari* Principem electuri in locum campestrem conveniunt, eum qui successione vel votis eligitur, in thronum collocant, omnesque acclamant; *Rogamus, volumus, præcipimus, ut dominaris nobis.* Respondet ille, *Si hoc à me vultis, necesse est ut parati sitis quidquid præcepero facere.* Respondent illi, *Sumus.* Tunc princeps; *Ego oris mei sermo de cætero gladius meus erit.* Fit interea applausus à populo: postea ipsum è throno acceptum supra stragulum in terra stratum deponunt, & sedentem sic alloquuntur; *Vide sursum & agnosce Deum; respice deorsum & vide stragulum in quo sedes: si bene administraveris, ad votum habebis omnia; si male, à Deo humiliaberis, ut nec hoc tibi stragulum relinquatur.* In sigillo dicti principis solebat esse hæc superscriptio, DEUS *in Cœlo, & Cham in terâ; Dei fortitudo, & omnium hominum Imperium.* Epitom.

Bajazetes. *Bajazetes Turcarum* Imperator exprobrabat *Tamerlani* natale pastoritium; sed hoc responsi tulit; *Nescis & ex lana ovium purpuras Regum fieri.* Hic *Tamerlanes* loco monilis fulmen de torque gestabat, cui inscriptum fuit; *In terra vapor, in nube terror.* Paulus Jovius.

Ioannes Pontifex. Simile refert *Platina* de *Ioanne* Pontifice, qui in gemma annuli scriptum habuit, *Tunc gutta, nunc gemma.*

Pausanias. *Pausanias Lacedæmoniorum* Rex cum *Simonidem* philosophum rogâsset, ut sibi dignum aliquod

quod documentum traderet, ad potestatem Imperii recte administrandam; respondit vir sapiens, *Hominem te esse memento.*

Amasis Ægyptiorum Rex obscuro loco natus, cum ad regalem dignitatem perveniſſet, nobiles & primarii obsequium præstare detrectabant; tunc Rex accito ad se aurifice, mandavit ut è pelvi quadam pedibus suis lavandis antea destinata, insignem *Iovis* statuam fabricaret; quam, dum quodam die ipse totusque populus in templo versarentur, jussit in medium afferri; mox eam flexis genibus omnes adorarunt: quibus *Amasis*, quid adoratis? adoratis vas quod hesterno die pedibus abluendis meis deserviebat. Cui omnes uno ore respondenunt; *non adspicimus quod fuit, sed quod nunc est.* Tunc Rex hæc eadem verba in eos retorquens, continuo dixit; *Ergo non aspiciendum quod fui, sed quod sum: humili quidem loco sum natus, tamen Deo ita disponente, ad regalem thronum adscendi.* Herodot. lib. 2. Amasis.

Rudolphus Imperator audiens purpuratos ab ejus congressu tenuiores arcere, dixit: *Sinite homines ad me venire, neque ideo Imperator sum ut ovicula includar.* Marl. Rudolphus.

Trajanus Imperator profecturus ad bellum, cum equum jam conscendisset, vidua quædam occurrit alta voce inclamans, *Filius meus, ô Rex, te regnante interfectus est*: mox apprehenso pede illius, dixit, *Obsecro Domine, ut, cum eum mihi reddere non vales, sanguinem saltem ejus vindicare dignenis. Ego*, ait ille, *satisfaciam tibi cum rediero: quod si non redieris*, ait illa, *quis mihi præstabit? Successor meus*, ait Imperator: at illa; *quomodo hoc sciam? quod etsi facturus est, quid tibi proderit si alius benefecerit? Successor tuus injuriam patientibus vel passuris pro se tenebitur; te* Trajanus.

non

non liberabit justitia aliena : nonne melius tibi est, ut tu justitiam mihi facias, & pro hoc mercedem recipias, quam alteri hanc transmittas? Movit Imperatorem pietas, & equo descendens, causam viduæ diligenter examinavit, & condigna satisfactione viduam consolatus est. *Vinc. Bellov. Spec. Histor. lib.10. cap.46.*

Idem. De eodem fertur, quod culpantibus amicis, quia nimis circa omnes communis esset & facilis; benigne respondit, *Talem se velle Imperatorem esse privatis, qualem privatus optaret.* Hinc merito acclamatum est; *Bonitas Trajani.* Eutrop. l.8.

Julianus. *Cephidus* accusator quidam acerrimus, apud *Julianum* accusabat *Numerium* furti: Cum autem objecta diluerentur, tunc accusator ira percitus exclamavit, *Ecquis nocens poterit esse unquam si negare sufficiet?* Tunc *Julianus*; *& quis innocens esse poterit si accusare sufficiet?* Ammian. Marcellinus lib.18.

Pelopidas. *Pelopidas* Imperator in expeditionem proficiscenti cum uxor ingemiscens sæpius exclamaret, ut propriam vitam tueretur, sibique consuleret; *Aliorum est*, respondit, *vitam propriam tueri; at Imperatoris, ex suis incommodis omnia Reipublicæ parare commoda.* Marc.

Alex. Magn. *Alexander*, urgenti matri ut occideret quendam insontem, & dictitanti, se per novem menses portasse prægnantem: ita respondit prudenter & piè; *Aliam, parens optima, posce mercedem; hominis enim salus nullo beneficio compensatur.* Ammian. Marcellin. lib. 14.

Themistocles. *Themistocles, Simonidi* petenti ut injustam causam diceret, respondit; *Neque tu bonus Poëta fueris, si præter musicæ modulos caneres, neque ego bonus princeps, si contra leges pronuntiem.* Fulgos. lib.6. cap.4.

Antiochus. *Antiochus* Rex *Asiæ* regni sui civitatibus scripsit,

scripsit, si quid in literis, quæ ejus nomine scriberentur esset, quod legibus adversum videretur, crederent se inscio ejusmodi epistolas esse scriptas, ideoque iis non obtemperarent.

De regibus *Ægyptiorum* legitur, quod magistratibus præceperint, illos juramento devincientes, ne quid gererent contra leges, etiamsi ab ipsismet regibus mandaretur. *Plut. in Apoph. Tom.* Reges Ægyptii.

CAPUT XIV.

De modo ferendi votum seu consultationem.

VOti propositio est oratio in qua nostram sententiam in publico consessu cum gravitate explicamus, ad Reipubl. aut districtius ad alterius cujuscunque loci vel personæ utilitatem. Triplex votum esse potest: Assertativum, quod propriam sententiam à nobis inventam exponit. Confutativum, quod alienam sententiam allatis rationibus refellit. Mixtum quod partim alienam sententiam refellit, partim propriam dicit & stabilit: de singulis singulatim.

QUÆSTIO I.

Quomodo construitur oratio voti propositiva. Oratio voti propositiva.

RESPONDEO I.

Votum assertativum ita proponi solet. Assertativa.

Primo, fit brevis ingressus ex occasione veteri præsentis, vel periculi imminentis, vel personarum deliberantium, vel ipsius dicentis. Secundo, proponitur sententia, quæ si partes habuerit, dividenda erit; & quid primo, quid deinde dici debeat, explicandum. Tertio, rationes pro sententia afferuntur, non tantum ex lo-

cis Dialecticis, sed etiam ex Ethicis; ostendendo id quod suadetur esse bonum, honestum, gloriosum, jucundum, utile, necessarium, facile, opportunum, &c. *Item* à Simili, ab Exemplis, à Testimonio. Quarto concluditur per repetitionem brevem cum amplificatione. Solet etiam subjungi, id sibi quidem videri, sed tamen libenter rationes meliores & commoda publica secuturum; nec habiturum sententiam suam optimam, sed optimam alterius.

Respondeo II.

Oratio confutativa.

Votum confutativum ita peragitur.

Primo, mentio fit authoris prioris voti, sive cum laude, sive sine laude; & dicitur eum nonnihil ab eo quod salubrius est Reipubl. discessisse. Secundo, refutantur rationes dictæ pro priore voto, modeste tamen & sine offensa: vel omnes in cumulo simul, vel singulæ seorsim. Tertio, concluditur per repetitionem & amplificationem brevem.

Respondeo III.

Mixta.

Votum mixtum sic pertractatur.

Nempe occupatur illud circa puncta utriusque voti assertativi & confutativi; sive velis prius tuam sententiam asserere & stabilire, & postea refutare alienam; sive è converso utrum libet, licet.

Adverte autem. Primo, quod is qui primus dicet sententiam, exponere soleat causam consultationis institutæ, eamque exaggerare, invitareque & adhortari alios ad societatem & conjunctionem votorum.

Adverte Secundo, quod is qui alterius sequitur sententiam, tractare possit prius aliquem locum per modum accessus: v. g. *Prudentiæ*

dentis esse (dicendo) *bona consilia sequi*: vel illud dictum *Herodoti* præferendum, *Apud me tantundem valet bene sentire per se, & alteri bonam sententiam dicenti accedere.* Secundo, sententiam alterius collaudabit, eique assentietur, additis si quæ occurrunt, novis rationibus, aut egregia amplificatione. Potest etiam is, qui alterius sententiam sequitur, ita eam tractare, tanquam à nullo fuisset dicta, nisi forte in medio, vel in conclusione, vel quando mentio fit datæ rationis, injiciendum sit, id ab alio esse dictum. Qui vero contrarium sentit, testabitur non se ideo facere, quod vero adversetur, sed quod aliud sibi videatur: ideoque protestationem benevolentiæ aliaque amica verba & officiosa interseret sive initio, sive in conclusione.

Adverte tertio, quod in decretis ferendis, ubi non prævalet pluralitas votorum, sic procedendum sit, Primo, repetuntur & explicantur sententiæ consultorum, collaudaturque eorum studium & consilium. Secundo, rationes eorum vel approbantur vel reprobantur, datis causis cur utrumque fiat. Tertio, fertur sententia decretoria, ostenditurque ejus æquitas modeste & prudenter.

Praxes frustra subjecerim, cum & supra sub generalibus præceptis in dispositione posuerim, & passim apud Historicos probatos habeantur. *Part. 1. c. 2. q. 3. modo 1. & 2.*

Sententiæ
Pro hac materia.

Res est profecto sacra consultatio. Plato.

Omnia prius consilio experiri sapientem decet. Terent.

Consilio melius quam viribus arma gerenter. Ve-
rin,

Vis consilii expers mole ruit sua. Horat.

Parvi sunt arma fortis, nisi consilium sit domi. Cicero.

Diu delibera, cito fac: nihil curare, hoc est insanum esse; nihil posse, hoc est mortuum vivere. Seneca.

Consilium qui de Republica tollit, ex animo rationem tollit. Farnes.

In consilio sis testudo, in factis aquila. Vulg. dict.

Veritatis oratio soluta esse debet & libera. Ammian.

Veritas suavissima narratio est. Democrit.

Pietas palam declaranda, veritas audacter dicenda. Idem.

Non est turpe cum re mutare consilium. Seneca.

Non est consiliis juxta metum locus. Dio.

Amor privati commodi, venenum est boni consilii. Livius.

Senex vinum sanum vinum. Proverb.

Senex vir, sanum consilium. German.

Eruditiones & alia supellex.

Fridericus. *Fridericus* Imperator *tunc demum salvam fore Rempubl.* dicebat, *si Senatores de rebus consulturi, in vestibulo curiæ simulationem ac dissimulationem deponerent.* Æne. Sylvius.

Alphonsus. *Alphonsus Arragoniæ* Rex dixit: *Romæ esse debuisse domum Concordiæ ante Capitolium & domum consilii: in qua priusquam ingrederentur Capitolium Senatores, amorem privati commodi, odia, simultates, & alios adfectus malos exuerent.* Panor.

Cæsonius Pætus. *Cæsonius Pætus* tuendæ *Armeniæ* causa à *Nerone* contra *Parthos* missus, fortium & militarium virorum consilia optima contemnebat, & opposita licet deteriora faciebat, ideo tantum, *ne indigere aliena sententia videretur.* Tacit.

Lacus

Lacon quidam omnis consilii quantumvis egregii quod ipse non attulisset, inimicus fuit. *Coker.* Lacon.

Aristides una cum *Themistocle* admodum sibi inimico in Reipubl. negotio ad legationem missus; *visne ô Themistocles*, dixit, *ut in his montibus paulisper inimicitiam deponamus, recepturi eam, cum redierimus*? Innuebat deponenda esse odia iis qui Reipubl. negotia curant. *Plutar.* Aristides & Themistocles.

Terentius dicit, *Consiliariorum primum dogma est, occasionem observare properantem*: Est enim occasio anima actionum & rerum bene gerendarum mater. Occasio.

In subitis arduisque periculis rapienda sunt consilia non quærenda. Coker. In subitis consil. rapien.

Idem dicit, meminerit consiliarius, dum navis est silva; consulere; & providere ne evertatur; postquam enim fluctus exsuperat, inane est studium. Monitum.

Maturum est consilium cui ad sederint timor & cunctatio. Herod. Consilium.

Alexander Severus rem primo die consiliariis suis tantum proponere solebat, & spatium dare ut disquirerent, cogitarentque dicturi postea sententias, ne incogitantes consilia funderent. *Lampridius.* Severus.

Puteolis Respubl. *in Campania*, post multa feliciter gesta bella & triumphos exstruxit *Servio* Duci suo palatium ingenti sumptu: in quo diversa conclavia ea arte fornicata, ut ex uno in aliud transitus esset, & quod in uno dicebatur, hoc in singulis & omnibus echo distinctissime reddebat & audiebatur. Cum ergo Dux cum suis centurionibus consilium habebat in certo conclavi, milites alii per alia sparsim conclavia sedebant: & cum finire deliberationem vellet, clariori voce hæc solum verba pronunciabat; Puteoli palatium exstruunt.

ita decernimus; & confestim echo undique resonabat, *imus*; statimque miles ad obsequia Ducis exsiliit.

Baleares Insulæ. In *Balearibus* Insulis hæc consuetudo fuit, ut quoties de arcano aliquo vellent deliberare senatores, in campos exirent, ibique foveam effoderent, versus quam inclinabant ora, & vota invicem & consilia loquebantur; & ubi finiebatur deliberatio, foveam illam terra implebant, atque reliquo campo complanabant.

Midas. *Sepelienda esse consilia sub silentio innuebant.* Timebant nimirum ne venti voces raperent, deferrentque consilia late per campos; quod circa *Midam* Regem *Phrygiæ* contigisse fabulæ memorant: Habuit hic Rex asininas aures, & dum semel à Chirurgo tonderetur, habere animadversus est; rogavit igitur, & apud hominem pecunia silentium emit Rex; sed hic dum diu secretum tenuisset, semel in campis vagus, impatienter arcani, inclinato ad arundinem ore, *arundo*, inquit, *audi*, *Midas habet aures asininas*. Res mira, statim hæc verba ab arundine ad arundinem meare, & cum vel minimus spiraret ventus, clarissime omnes campi resonare, *Midas habet asininas aures*.

Frigora. Et *Gobrias* in Apologo suo ait, in quadam parte *Indiæ* tanta esse frigora, ut verba loquentium priusquem ad aures audientium perveniant, congelentur, in terramque ruant, aut in aere suspensa hæreant; verno autem tempore eum resolutio incipit flantibus *Zephyris*, resolvuntur etiam verba, & tunc prius tonare per aera & audiri incipiunt.

